

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.




1. De Interesse, quod ex mera natura in remp. redundat. N. F. Hupfelm a C. b. b. g.
2. De jure alternandi, inter status Imperii, de praecedentia sessionis et voti certantes, recepto. C. S. Fritsch.
3. De Immoderata ad bibendi consuetudine. J. C. Asplor.
4. De testamento imperfecto. C. M. Scher.
5. De tutore debitore vel creditore minoris. J. J. Stmüller.
6. De justitia l. A. C. de S. Trinit. Nequis publice de fide catholica contendere audeat. J. J. Woth.
7. De brachio seculari. J. J. Silberrad.
8. De jure circa furiosos obtinente. J. D. Fauber.
9. De rebus ac personis forreis. C. A. Eisen.
10. De postulatione canonica. M. H. Heberer.
11. De Asassinio. J. Foderer.
12. De Unione Ecclesiarum potissimum protestantium. E. Clevus.
13. De indiciis in crimine magiae, quoad tortura reprobatis et approbatis occaf. actio. 94. C. C. S. Meyer.
14. De liberis S. R. Imperii citatibz. P. J. A. Strus. J. J. J. Durandschneider.
15. De redintegratione matrimonii. G. N. Foring.
16. De dote, vulgo ff. d. i. i. d.. J. Klinger.
17. De coelestibus filiabus earumq. juribus. J. J. Kitzb.
18. De Carcere debitorum, vulgo Spuldfinck. J. J. Feidler.
19. De matrimonio, cum damnato ad mortem contrahendo. J. S. Schnetter.

22.

ly

11.





J. J.
MAGNIFICO. JCTORUM. ORDINE. IN. ILLUSTR. HAC.
LL. NUTRICE. SALANA.

SUFFRAGANTE.

AC.

MODERANTE.

VIRO. MAGNIFICO. NOBILISSIMO. AMPLISSIMO. ATQUE.
CONSULTISSIMO.

DOMINO.

ERNESTO. FRIDERICO.
SCHROETERO. HÆREDITARIO. IN. VVICKER-
STÆDT. JCTO. AC. ANTECESSORE. FAMIGERATISSIMO.
CONSILIARIO. SAXONICO. CURIÆ. PROVINCIALIS. ET. SCA-
BINATUS. ASSESSORE. GRAVISSIMO.
EXERCITATIONEM. ACADEMICAM.

DE

IMMODERATA.
ADBIBENDI. CONSUETUDINE.

Vom übermäßigen Zutrincken.

*Ad ductum Recessuum Imperii, & Polit. præprimis
Reformationis 1577. tit. 8. rubr.*

Vom übermäßigen Trincken/ und vom Zutrincken.

PL. CIDÆ. ERUDITORUM. DISQUISITIONI SUBMITTIT.

JOHANNES. ELIAS. Kessler. OETTINGA. RHETUS.

AUTOR. RESPONDENS.

IN. ACROATERIO JCTORUM.

H. L. Q. C.

AD MENSEM. DECEMBRIS. A. C. M. DC. LXIIX.

JENÆ. LITERIS. JOHANNIS. WERTHERI.

VIRIS

*Amplissimo, Admodum Reverendo, Præcellenti
atque Præclarissimo*

DN. MELCHIORI Krauß/
Illustris. Comitis ab Oettingen/ &c. Con-
siliario ac Judicii Provincialis Assessori gravissimo:
ut & Præfecto Alerheimii eminentissimo,
Domino Parenti suo maxime devenerando,

DN. M. JOHANNI CHRISTO-
PHORO Sturm/
Deiningensium in Incluto Oettingen-
sium Comitatu Pastori meritissimo,
Fautori, Patrono atq; Affini suo perhonorando,

DN. JOHANNI LUDOVICO
FABER,
Lyceæ Scholarum laudatissimæ Her-
spruccii Noricorum Rectori longè clarissimo,
*Fautori, Patrono, ac suo quondam Præceptoris
etatem devenerando*

Hanc exiguam

d. d. d.

JOH. ELIAS Kestler/ LL. Cult.



Benigno DEI Triuni adjuvamine
ponitur

INGRESSUS.



Atius forsitan esse quis dicet, non tangere, adultum ac omninò prævalidum vitium, quàm frustra tentatis remediis patefacere, quibus flagitiis impares simus: ut qui impressam in animis nostris æternæ Majestatis effigiem coinquinantes ac deturpantes, foeditatem tam execrandam & jacturam deplorandam nobis attrahimus, sequentes vitium, quod in depravato commestationum in iisq; immoderatarum adbibitionum usu, nimiâq; mox eam insequente ingurgitatione positum hominem vix hominem derelinquit. Satius, inquam, esse, ingeniosum pariter ac utiliorem Legistam agere Romanum, quam corpora adbibentium instar utrius aut canalium potius perennium potu fluentia in publicum edere, illorumque operationes, in quantum Jus nostrum ferire eas videri potest, exserere. Sed ignavorum hæc excusationes; Certè enim neque hic anxie Homeri inquirimus patriam, aut genetricem Æneæ, aut an Sappho corpore fecerit quæstum, disquirimus, sed eam materiam tractare placuit, quam & forum ob utilitatem commendat, atque sic morem gerimus Sacratissimo Imperatori § 3. *Inst. Proem.* Specialiter mandanti, ne jura nostra ex antiquis fabulis hauriamus, multò minùs in iis extricandis tempus irreparabile in arte aliàs longa vitæque brevi impendamus, sed id potius cogitemus, ut aures & animi nostri nihil inutile, nihil perperam positum, sed quod in ipsis rerum argumentis obtinet, accipiant. Quorum elegans est interpres Frid. Hortled. *in præfatione operis sui, Von Ursachen des Teutschen Kriegs: Keyser Justinian verordnet seinen*

A

nen

nen Studenten der Rechten/ daß sie ihr Studieren nicht von alten
Sätzen/ oder abgeschafften verschimmelten Rechtsordnungen/ son-
dern von dem/ was noch im üblichen Schwang/ anhaben sollen/ da-
mit weder ihre Ohren noch Herzen etwas anders hören oder ver-
nehmen mögen/ denn was bräuchlichen / nützlich und gut ist. Uti &
hoc nostrum thema præter multa alia commendatur à Ce-
leberrimo Besoldi Additionatore *in proem. ad thes. pract.* ubi hoc
ad primas ferè multarum ibi positarum elegantium materias
refert. Hanc igitur nostram, rarionem forsitan, conscribere
ac publicæ ventilationi proponere in mentem duxi, non eâ qui-
dem intentione, ut Orbi erudito hõc scriptõ quasi beneficiõ in-
notescerem, sed testimonium aliquatenus Academicum relin-
querem; qui conatus planè frustraneus exstitisset, nisi Magnifici
Dn. Præsidis, Patroni ac Præceptoris mei jugiter devenerandi,
libris licuisset uti, ex quibus flosculorum novantiquorum hæc
sparsio promanavit. Cum JESU interim principium facien-
tes, (quam methodum necessariam meritò ipse Imperator se-
quitur *in Nov. 6. pr.*) ut eum tanquam finem nostrorum actuum
consiliorumque possimus assequi, ad modum *l. 2. C. de off. præf.
præt. Afr.* eò feliciter Themidis nostræ periculossimum campum
in ejus nominis præprimis gloriam, pro viribus nunc aperiemus.
per quatuor quidem Classes, quarum I. Originem Immode-
ratae adbibendi consuetudinis hujusque naturam genericam si-
stet. II. In ipsum thema inquiret. III. Evolvat immediatum
ejus consequens. IV. Denique dabit Affinia. Sit igitur JESU
DUCE.

CLASSIS I.

De Origine & Natura.

Pos. 1.

Originem immoderatae adbiben-
di consuetudinis esse Germano-
rum veterum hospitalitatem ac
convivia, non ambigo.

Ex Je-

Enjors.
Hisce Germani virtutum moribus gaudent, ut facile suo im-
primis candore, ex quo eorum hospitalitas, alias Nationes
jamdudum superaverint. Convictibus siquidem & hospitibus,
secundum Tacit. *in Germ.* non alia gens effusius indulget. Ea
enim veterum fuit in hospitibus observantia, ut in defensionibus
primum locum parentibus tribuerint, secundum hospitibus, ter-
tium servis, sicut apud Gellium *in 5. c. 13.* memoriae proditum est.
Quemcunque mortalium arcere tecto apud eos nefas habeba-
tur, Cæs. *in bell. Gall.* cum pro fortuna quisque apparatus epulis
quemcunque exceperint. Liberum apud eos fuit, in aliam
quamlibet domum divertere, si prior fortè hospes defecerat;
solebant quippe hospitii non tantum esse monstratores, sed &
comites, qui illos in proximam domum deduxerint, quasi om-
nia hospitia sibi fuissent communia. Post celebri more ho-
spites cibo potuque refertos, aliquo insuper munere ceu symbo-
lo amicitiae ac sinceritatis ornare solebant, quæ munera *Ξένια*
dicebantur; Germanis siquidem mos iterum fuit, ut in datis mu-
neribus nulla esset imputatio, & in acceptis nulla obligatio, sed
mutua saltem liberalitas sive munificentia. Ut adeoque Co-
rinthiorum ferè more hospites suos vel captivos leniter habi-
tos sine pretio dimiserint, quemadmodum hæc omnia alius
ita exprimit:

Germanus Comis, Clemens, Sincerus, Honestus,
Convictu gaudens, Hospitibus facilis.

Et passim quoque fit mentio in Constitutionibus ipsis Imperii,
*verbis: Ehrliche Gastungen und Gesellschafften/ davon etwan die
Teutschen fürnehmlich gepreisset worden.* Ita E. Germanis Jus
Hospitii fuit sanctissimum. Uti verò omnibus malis punicis in-
est granum putre, sic nostri quoque Germani, perinde ut reli-
quæ nationes, suis urgentur vitiis, & portionem propriam stul-
titiæ vitiorumque, jure quasi Gentium nacti sunt, *Limn. 7. P. 1.
c. 6. n. 36.* Ex hoc quippe hospititatis jure per abusum inter-
pocula ingenia Germanorum per se aperta & candida facile li-
beraliora esse cœperunt, ut quasi unò momentò operta sua re-
clusuri (de quo itidem anxie hinc & inde queruntur Imperato-

tores) diem noctemque potando continuare ipsis probrum,
amplius non fuerit. Ob quod tandem, in quantum prius apud
exteros ex hospitalitate sua fuerant laudibus clarissimi, ita post
in tantum ex hoc crapulae vitio ab omnibus ferè contemptui
sunt habiti; potationibus pederentim evadentibus in proprium
& adaequatum Germanorum praedicatum. Quam enim multi ex
his infames sint, ex sola illa patet. *ἐν τῆ κατὰ δ' ἄξ' ἰ.* inter Italum
& Germanum, ubi sic Italus:

Germani cunctos possunt perferre labores:

O-utinam possent tam benè ferre sitim.

cui contra ex propria confessione Germanus:

Ut nos dulce merum: sic vos Venus improba vexat.

Lex posita est Veneri Julia; nulla mero.

Sic Galli quoque per risum in nostram Germanam pronuncia-
tionem nimis asperam à temulentia Germanorum petierunt
dictionem: *per Theum sifum nos pibimus ponum finum*; Plura
habet Lanfius & Bernegg. *ad Tacit.* vid. Georg. Gumpelzheim.
Exerc. Acad. part. 5. n. 19. adde Epistolam Joh. Anton. Campa-
ni, *qua legitur apud Freherum, in tr. 2. Germ. rer. script. pag. 149.*
Habuerunt illi quondam convivandi rationem planè milita-
rem, ubi primis epulis brevioribus poculis, in fine laxioribus
utebantur, ut etiam lex data fuerit, in symposiis aut bibere aut
abire; unde & proverbium inter potatores natum est, sicut o-
lim apud Scythas est Scythissare, ita apud Germanos (praesertim
Rheni accolae) Knifa, i.e. strenuè scyphos exhaurire, inde no-
strum *nappff* & *nippffen* / deducit Georg. Richt. *in Epist. pag. 313.*
Sed nec hodiè apud veterum tanquam posteros novitas contra-
ria ladit, quippe qui à multis atavis non aliter edocti nunc so-
lent non cyathos (sicut olim Romani, quot literæ essent in ami-
corum amicarumve nominibus) sed magnis crateribus amici-
tiæ adbibere, inter quos jungunt affinitatem, quærunt amici-
tiam, vel etiam de filiis elocandis feliciter consultant, & quæ
sunt potulentorum Germanorum deliria plura; planè ut in-
gratus & injurius erga alterum is esse putetur, qui erectus uno
haustu, plerunque grande poculum pro alterius salute, vulgò,
auff dessen und dessen Gesundheit / ebibere & evacuare, seque in-
ebriare

ebriare recuset; Georg. Obrecht, *de nes. defens. c. 8. n. 75.* ut o-
 lim apud Milesios, qui frugi esse volebat: E contrario pro mi-
 raculo quasi recitentur strenui potatores; quemadmodum A-
 theniensium legati domum reversi Philippum Macedonum Re-
 gem laudibus extulerunt, quod optimus potator esset, quibus
 tamen Demosthenes respondit: Habet hanc virtutem cum
 spongia communem. Plut. *in Demostb. Fürstl. Tischred. lib. 2.*
c. 10. pag. 84. Sic Legatum quendam ab extero quidem Regno
 non saltem insigne monile, sed annuas etiam pecunias pro com-
 potationis victoria domum retulisse, testatur Kirchn. *lib. 2.*
de Legat. c. 3. n. 57. Sed quæ gloria est, capere multum: inquit
 Seneca, *in Epist. 83.* Audiant potius salutis huiusmodi potato-
 res immoderati Ambrosium, dum *in lib. de Elia & Jejunio, c. 17.*
 sic scribit: Quid obtestationes potantium loquar: quid me-
 morem Sacramenta, quæ violare nefas arbitrantur? Bibamus
 inquit, pro Salute Imperatorum, & qui non biberit, sit reus
 in devotione: videtur enim non amare Imperatorem, qui pro
 ejus salute non biberit. O piæ devotionis obsequium. Biba-
 mus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum
 sanitate, & hæc vota ad Deum pervenire judicant: sicut illi qui
 calices ad sepulchra martyrum deferunt, atque illic in vesperam
 bibunt, & aliter se ex audiri posse non credunt &c. hæc Ambro-
 sius, *d. 1.* A quo parùm discrepantibus B. noster Lutherus *aliquo*
in loca in eosdem invehit: Es mus ein jedes Land seinen eigenen
 Teuffel haben/ Welschland seinen/ Frankreich seinen/ unser Teut-
 scher Teuffel wird ein guter Weinschlauch seyn / und mus Sauff
 heissen/ daß er so durstig und heilig ist/ der mit so grossem sauffen
 Weins und Biers nicht kan gekühlet werden / und wird solcher
 ewiger Durst Teutschlands Plage bleiben/ hab ich Sorg bis an den
 Jüngstentag. Et paria Colerus *in Proc. exec. part. 1. c. 8. n. 88. ex*
Philippo Melanbone, de Morib. Germ. adducit, Teutones crebris
 ingurgitationibus accersere sibi 3. mala, paupertatem sc. ad-
 versam valetudinem, & maledictionem divinam, Sie sauffen
 sich arm / frantz und in die Hölle hinein. Politicos quidem non-
 nulli politici affectati (quos Jctus quidam gravis Ardeliones
 & Gnathones vocat) hos defensuri rationes exspuunt, bibones



Germanos esse, propter Aquilonem constringentem & corpora hominum exhaurientem, atque resiccantem, quasi bibacitas resiccitatis à Borea corporibus mederetur. Sed hæc digna sanè ratio bibulis scriptoribus, ut operculum patellâ verè dignum inveniatur, cum è contrario caliditatem potius corporum, propter meatus cutaneos à Boreali frigore obstructos, atque ita magis intrinsecus excalescentem causaremur. Rectius tamen, educationi & consuetudini, tanquam alteri naturæ hoc vitium ferendum esse arbitror, alioquin bibacitatis causæ naturales, si tum ex mundi inclinatione tum ex temperamentis cujuslibet hominis deducerentur, in hujusmodi potatores animadvertere Respublicas inhiberent, quod dicendum vix erit, & aliud variæ Superiorum Constitutiones evincunt, de quo paulò post.

Pos. 2.

Immoderatas adbibitiones criminibus extraordinariis adnumerari.

Εκθεσις.

Potus immoderatos adbibentes delinquere, nedum videns videre, sed imò cæcus manibus palpitare potest: edoctus quippe ex ipsa delicti generaliter sic dicti definitione: Quod sit factum per se illicitum & turpe, quò contra LL. Reip. vel nocendo alteri, vel aliis modis agitur, B. Hahn. *in obs. ad Wesemb. de priv. del. n. 3.* Ut autem δίκαιον aliud est naturale, aliud legitimum, ita & ἀδίκον s. injustum aliud est φύσει aliud τὰξιδ, *arg. l. 42. de V. S. 1. Rhet. 12. 5. Eth. 1.* Adeoque hinc contra LL. agere est contra eas facere, quas Resp. usurpat, & naturales & positivas. Leges autem nihil aliud sunt, quàm virtutes imperatæ, *5. Eth. 3. arg. l. 1. §. 1. de I. & I.* ideoque tot modis contra LL. agitur (delinquitur) quot modis contra virtutes agi & peccari potest, quatenus quidem Jcto in considerationem venire possunt. Hahn. *d. l.* Ad quod ergò delictorum genus hæc abominanda consuetudo sit referenda, illud ex ipsis quidem legum terminis ac directâ earum mente deduci vix patitur, sed per modicam demum

mum interpretationem certæ alicui criminum classi applicari debet, quod paucis tentabimus h. m. Delicta vel sunt publica, vel privata. Publica propriè sic dicta (variusculè siquidem talia dicuntur, vid. Magnificus Dn. Præses, in not. ad Dissert. Sub. 15. apb. 5. utut nonnunquam hanc appellationem & privata incurrant) quæ legibus nominatis publicorum judiciorum pœnis prohibentur; ut proinde nostrum crimen sub his comprehendi non possit, sed aliâ divisionis speciei aptandum, privatorum nempe delictorum, qualia sunt, quæ taliter qualiter publica, non constituuntur. Hæc iterum distinguuntur, quod vel sint ordinaria, vel extraordinaria: Illa ratione quidem pœnæ, (cum alio modo & ratione accusationis etiam sic distinguantur) sunt, quibus certa pœna legibus determinata imponitur, l. fin. de priv. del. ut sunt furtum, rapina; &c. Contra extraordinaria dicuntur, quibus certa pœna legibus imposita non est, sed pro arbitrio judicis criminali judicio singulariter coercentur, unde quoad hoc discrimen legitima s. publica judicia criminibus extraordinariis ab Ulpiano in l. 3. § 2. de crim. stell. & l. ult. de priv. del. è diametro opponuntur. Ad quæ extraordinaria hoc nostrum quoque crimen referre non erubescimus; quod i. certus criminum extraordinariorum numerus non detur, sed quædam saltem species in serie digestorum enumerentur, adeoque facillè hoc per extensionem vel aptam applicationem addi patiatur. Deinde dici forsitan posset, quod hæc consuetudo adeò non fuerit in usu, ut lex aliqua eandem prohibens ferenda fuisset. LL. etenim ferendæ non paucissima quæque consuetantur, aut quæ uno fortè vel altero casu eveniunt, l. 4. l. 6. de leg. & ut ait Pompon. in l. 3. d. t. ἐκ τῶν λόγων, aut quæ singulas respiciunt personas, l. 8. d. t. sed quæ ἴσῃ τὸ πλεῖστον, aut communiter solent accidere. At v. constat, Romanis, primo quidem seculo, ebriosos ac potulentos, veluti temperantiæ apprimè studentibus, exosos valdè fuisse; ut testatur Plin. lib. 10. c. 8. Val. Max. lib. 2. c. 11. Alexander ab Alex. lib. 3. c. 11. vid. etiam Horn. lib. 3. Eth. c. 6. Tandem pugno autoritate Magnif. Dn. Struv. Exerc. 48. tb. 113. ac celeberrimi Dn. Brunnein. Proc. Inquis. c. 9. n. 90.

CLAS--

In ipsum thema inquirens.

Pos. 1.

Hujus cōsuetudinis interitus jam-
dudum Edictis tam universali-
bus Imperii, quàm particulari-
bus Provinciarum sub pœnis
gravibus est quæsitus.

Εκθεσις.

HÆc immoderata adbibendi consuetudo, quo communior
hodiè, eò certè magis improbanda, legibusque & statutis
coercenda, prout benè monuit Ventur. de Valentia, *lib. 2. c. 9.
n. 29. & seqq. in Parthen. & lib. 1. c. 11. n. 33. & seqq.* Verum enim verò
quamvis non semper opus sit, novâ Lege consuetudinem con-
tra LL. naturales introductam, qualis etiam est nostra, abroga-
re, quia leges naturæ præter legem aliquam positivam vim obli-
gandi à Deo summo Legislatore habent, ita ut qui eas violarit,
contra ejus voluntatem egisse censendus sit; quia tamen non
omnibus hominibus ea inest modestia, ut solâ reverentiâ divi-
ni Numinis ea agant, quæ jubet recta ratio, & fugiant, quæ illa
prohibet, sæpè Lex sola naturæ non sufficit, sed necesse insuper
est, ut accedat etiam positiva, quæ in specie determinet, quâ
pœnâ violatores legum sint puniendi. Id quod tandem hanc
ignominiam à Germanis, ab exteris omnibus ferè Nationibus
contractam, abacturus, in eventum primus duxit Maximil. I.
promulgans Edictum de vitandis computationibus in Comitibus
Aug. in Imperii Recessu de Anno 1500. rubr. von den Zutrincern.
quod idem repetiit in Comitibus Trevir. & Coloniensibus, *R. 7.
de anno 1512. rubr. von den Gotteslâsterern.* Sequutus post eum est
Car. V. in *Reform. Politicæ Augustæ lata de anno 1530. ead. rubr.
Von zutrincern it. de anno 1548.* Adde imprimis Maximil. II.
Reuterbestallung zu Speyr/ de anno 1570. art. 48. & seqq. & Ru-
dolphi

dolphi Ordin. Polit. de anno 1577. tit. 8. rubr. Vom übermäßigen
Trincken und vom zutrincken / quam ultimam & novissimam, sub
qua priores Constitutiones, cum ejusdem ferè sint tenoris, com-
prehensæ, adducere placuit.

§. 1. Diweil durch Trunckenheit (wie man täglich befinde)
der Allmächtige höchlich erzürnet wird / daraus auch viel Lasters/
Ufels und Unraths entsteht: Zu deme in vielen vergangenen Reichs-
tagen des übermäßigen Trinckens und des zutrinckens halben ge-
ordnet und gesetzt / daß ein jede Obrigkeit solch übermäßig Trin-
cken und das zutrincken abstellen / und das zu vermeiden die Über-
fahrer ernstlich straffen soll: Aber doch solche Ordnung und Sa-
kung bis anhero wenig gehalten / oder vollzogen worden / sondern
der angezeigte Mißbrauch / und Unwissenheit des übermäßigen
Trinckens und des zutrinckens allenthalben je länger je mehr ein-
gewurckt / sich gemehrt / und also überhand genommen hat / daraus
Gotteslästerungen / Mord / Todtschläge / Ehebruch / auch derglei-
chen viel Ubelthaten und Laster gefolgt / und noch zu deme etwa
durch Trunckenheit die Heimlichkeiten / so billich verschwiegen / of-
fenbahret werden / und solch Laster den Teutschen (deren Mannheit
vor alters hochberühmt) bey allen fremden Nationen merckliche
Verachtung und Verkleinerung verursachet. Desgleichen zu viel-
mahl in Kriegsläufften wegen Trunckenheit zwischen den Kriegs-
Leuten Zwoyracht und Meuterey / und gegen den Haupt und Be-
fehltsleuten ungehorsam entsteht / auch dardurch alle Zehrung
erhöhet / und ehrliche Gastungen und Gesellschaften (davon etwa
die Teutschen fürnehmlich gepreiset worden) gemindert / und ver-
mieden werden / zu geschweigen / daß das übermäßige Trincken und
das Zutrincken ein endlich Ursach ist alles Ufels / und dem Men-
schen an seiner Seelen Seeligkeit / Ehren / Gunst / Vernunfft / lan-
gem Leben / und Mannheit nachtheilich. Demnach gebieten wir
allen und jeden Churfürsten / Fürsten / Geistlichen und Wellichen /
und andern Ständen / wes Würden / Wesens / Stands oder Lands
die seyn / daß Sie ihren Unterthanen zum Exempel / und daß Sie
dieselbe zu straffen / destomehr Zug und Ursach haben / das über-
mäßige Trincken und das zutrincken gänzlich für sich selbst zu mey-
den / auch an ihren Höffen allem Hoffgesind / und in ihren Fürsten-
thumen /

ihnen/ Herrschafften/ Landen/ Gebieten/ und Obrigkeiten / allen
ihren Unterthanen bey ernstlicher Poen und Straff das übermäß-
sige Trincken und das zutrinken/ es geschehe in welcherley Weiß/
Worten / oder Gestalt/ das erdacht ist/ oder werden möcht/ zu men-
den gebieten / und darüber ernstlich halten. Wir wollen auch/
daß die Obrigkeiten ihren Pfarrherrn und Predigern befehlen sol-
len alle Sonntag dem Volck zuverkünden / daß sie sich des übermäß-
sigen Trinckens und des zutrinkens enthalten/ mit erzehlung der
Laster so aus der Trunckenheit folgen / wie ihnen deshalben / von
den Obrigkeiten ein Verzeichnüß zugestellet werden soll. Adest
insuper Saxo, suis bibonibus Edicta prohibitoria proponendo
non una, ut videre est, in der Churfürstl. Landesordnung. *verb.*
Es soll auch niemand / wes Standes/ Würden oder Wesens sie
seyn/ an keinem Ende mit den andern/weder zu halben noch zu gan-
zen trincken *rc.* quod passim aliquoties repetit in suis Consti-
tutionibus. Ad sunt prohibitoria Sereniss. Ducis Wurtemb.
Landesordnung. *tit. 99. rubr.* Vom voll und zutrinken/und andern
Rechen. *fol. 211.* quam prohibitionem sequitur Policey-Ordn.
Margraff Brandenb. *fol. 4. & 5.* Nec sicco pede prætereun-
da conventio, post torneamentorum usum inter aliquot Prin-
cipes Imperii inita, quâ hæc consuetudo pariter damnatur,
quam à Mich. Heberer acceptam refert Limn. *in jur. Publ. lib. 6.*
c. 5. n. 102. & 103. Add. Hubert. Thom. Leodium *in anal. de*
vita & rebus gestis Friderici II. Electoris Palatini, lib. 6. p. 91. Et
non ita pridem Civitas Argentinensis salubre mandatum suis
promulgavit, ut à nimia illa ingurgitatione præsertim in vicis
finitimis cives abstineant omninò, prout videre est in derselben
Policeyordn. *tit. 7. von Gastordnungen §. 3. 4. & 23.* Hæ o-
mnes constitutiones singulæ suas etiam pœnas in suo, ut ajunt,
dorso ferunt, ut planè, plebeis quidem, pœnam corpori afflictivam,
all. R. I. Col. de anno 1512. art. 3. §. 5. imò hujusmodi ingur-
gitationibus inebriatis, non attentâ ebrietatis exculatione, si
fortè in eâ delinquere contingat, duplicem aut ad minimum
majorem pœnâ dictitent: id quod tamen singulare videtur esse,
quod citata Constitutio der Reuterbestallung zu Speyr / ubi hæc
pœnæ exaggeratio habetur, videatur ad milites tantum restri-
cta,

sta, in quibus, uti majus imminet periculum, si luxuriæ dediti
 ordinem suum militare non servent; ita magis etiam sunt
 coercendi. Saxones alleg. constitutionibus & delinquentem
 & hospitem, in cujus domo ita delinquitur, pœnâ pecuniariâ
 premunt. Quod idem facit Sereniss. Dux Würtemb. & Argen-
 tinenses. In Helvetiæ partibus, zu Uhrscheit / ebrii non tan-
 tum carcere puniuntur, sed etiam vinum bibere per annum pro-
 hibentur: neque licentiam id bibendi prius nanciscuntur, quam
 ea ab omni Helvetiorum communione illi concedatur, Nean-
 der, in Hist. Bacchanal. Simler. in descript. Helv. de Bogten Uri.
 Quâ etiam pœnâ nimis molestâ certè eò nunc venerunt, ut li-
 cèt Germanorum prius hac in arte fuerint Principes & capita,
 nunc, referente Celeberrimo Dn. Conring. in Nationis suæ reli-
 quæ admodum contumacis egregium contemptum ebrietatem
 maximè fugiant, planè ut plerique suo lacte minimè sensus
 perturbante contenti vivant; unde per jocum aliis audiuntur
 vulgò Mückberger. Notandum hoc loco etiam venit, daß in
 denen Thurnierordnungen / welchem Thurnier genos zu halb oder
 ganzen zutrincke / mit dem mag und soll man um das Rossturnie-
 ren / ut liquet ex Imperatoris Friderici Thurnierordn. Goldastus
 in Reichshandlung / fol. 28. vid. Wehn. obs. pr. verbo nostro, zu
 trincken. Sed quemadmodum Lex nova usu non recepta viribus
 caret, & desuetudine tollitur, per text. in l. de quibus 32. in pr. de
 Leg. & Nov. 59. c. 14. gl. solennis. in c. 1. de Treug. & Pac. in verb.
 frangere & commun. Dd. Ita quoque hæ LL. contrario quasi
 usu abrogatæ & sublata, pessimo exemplo, & quâdam turpi-
 tudinis infamia: Obrecht, de necess. defens. c. 6. in fin. ubi gra-
 viter Statûs increpat: Dum hæ omnes constitutiones in uni-
 versâ ferè Germania cum suis pœnis non nisi laterem lavare
 videntur, pessimam hanc bibendi & adbibendi consuetudinem
 dissuadere frustra conantes, ut Herm. Latherus contrarium po-
 tius non immeritò asserat, de Censu, lib. 1. c. 10. n. 32. hæc sc.
 Leges ad eò in contemptum & risum abiisse, ut Nobiles Germa-
 niæ sibi invicem propinando passim dixerint: propino tibi hau-
 stum in constitutionem Imperii, de Ebrietate vitandâ: Es gilt
 dir auff den Reichs Abschied. & addit insuper: Hispanos in Co-

mitiis aliquando Ratisbon. immoderatas ex generoso vino ad-
bibitiones (ut iis multi etiam extincti fuerint) querentes & vehe-
menter earum abrogationem urgentes Imperatorem accessisse:
quibus Imp. responderit: Quid faciam, doleo stultitiam meorum
Germanorum, sed tam facile illud obtinero, ac si vobis Hi-
spanis manus constringere velim, ne furemini. vid. Schütz. *in*
Iure Publ. Quid E. hâc rerum conditione dicendum? Num ha-
sce constitutiones incassum laborare, adeoque vitia tam abo-
minanda in Imperio nostro Romano-Germanico impunè gras-
sari statuamus? Dicerem, hoc vitium nihilominus in ordinem
redigi posse, ne impunè & palàm ita Baccho litetur. Vitia
fanè, dicente Dn. Brunnemanno, uti alia, ita & hoc erit tam diu,
quamdiu homines erunt. Ant. Matth. *ad L. 47. tit. ult. c. 6. n. 5.*
Ast v. de ullo vitio opprimendo desperare nefas est, quæcunque
etiam remedia adhibeantur, cuius exemplum tradit Hieron.
Megiser *in der Cärntischen Chronic. Anno 1517.* Hatt Herr Sig-
mund von Dietrichstein den Ritterorden und Gesellschaft St.
Christoffs / zu abstellung und vermeidung des Fluchens und zu-
trincens angerichtet / darein sich die meisten Steyr / Cran und
Cärntischen Herrn von Adel begeben. Quid deinde facilius est
singulis Provinciis, quàm pœnas exigere ab ebriis, potis-
simùm ebriosis, ut effectus haud exiguus, & eventui non
impossibilis, (prout obsequio suo adductus modo Suetzerus
testatur,) sperari & obtineri possit. Legitur Constantinopoli
frequentata fuisse balnea vel lavacra utrique sexui communia:
Ægerrimè id tulit Clerus, nec tamen potuit malo remedium in-
veniri, nec spiritualis Ecclesiasticæ censuræ gladius penetrare,
ob tantam peccantium multitudinem; Sed cum Imperator,
sub capitis pœna promiscua illa lavacra prohiberet, nemo post
unquam in populosissima civitate repertus, qui voluerit balneis
hujusmodi communibus amplius cum diverso sexu uti. Quid
Clerum Romanum, strenuos illos præsertim hâc in arte ac libi-
dinosos Fratres eò continentia coegisset, ut ad minimùm nimium
adhibere potum publicè non conspiciantur, nisi æquales haustus
Pontifex Innoc. III. *in c. 14. de vit. & hon. Cler.* sub pœna remo-
tionis ab officio ac beneficio (admodum largis) expressè abo-
levisset:

levisset: Ut intra privatos Cænobii parietes gulæ suæ vix aliquid detrahant. Ut proinde nihil ferè facilius sit, quàm mandatis severè pœnalibus huic consuetudini obicem ponere, cum Superiori nihil impossibile. Nihil E. ejus interitum impedit, quam aut pœnarum nimia exiguitas, aut certè pœnarum statutarum neglectio; cum scelera non destruant civitates, ac provincias, quia & alia scelera semper fuère, sed eorum impunitas.

Pos. 2.

Modicè tamen in alterius salutem bibere, adductis constitutionibus non prohibetur.

Εκθεσις.

Causam *ωροναταρκτην* seu externam impulsivam fuisse add. Constitutionibus prohibitoriis, ab usum in potationibus irreptum, id tam ex rubro quam nigro nimium perdiscere licet. Videtur hac in positione nobis obloqui Mantanes. *lib. 2. Critic Christian. c. 5. & alibi passim.* qui spretis ab adversario omnibus aliis excusationibus, audacter quendam vinum in terram potius effundere, quam sanitatem sobriamque dietam corrumpere debere, docet: quod idem ferè velle quoq; videtur Dn. Christoph. Philip. Richter / *in quest. miscel. & Sagittarius. Disp. 3. quest. Illustr. 8.* Besihe hiervon wie Guarinonius *lib. 4. c. 42.* wieder das Gesundheit trincken so natürlich und eyfrig rede / urgentes potissimum quod nemo veterum monumenta pervolvens intellexerit unquam, cuiquam vel Cæsari vel Principi vel amico fructum aliquem vel minutissimum, tum quoad corpus, tum animam, ex hujusmodi haustibus accessisse, unde etiam malè audiatur Alexander M. quod Calisthenem odisse cœperit, dum aliquando dixit: Nolo bibere pro Alexandro, ut ego opus habeam. Æsculapio, Plutarch. *in quest. convival. l. 1. q. 6.* & quod olim Illustriss. Princeps Landgravius Hassiæ Mauritius hanc in rem ita decantaverit:

Qui vult alterius cyathis haurire salutem,
Tale lucrum referet, perdat ut ipse suam.

B 3

No.

Nostrium tamen nihilominus probatur ex eo, quod abusus rei simplicem ejusdem usum non tollat. Si igitur habena injiciatur, & familiares honesta ac familiaria instituunt colloquia & convivia, quæ non in luxum degenerent, aut cujusdam generis illecebras & voluptates in scenam producant, vix est, ut in totum hanc actionem remove possimus, ut quæ tam adbibentis quam rebibentis, & apud hos memorati quoque tertii ratione in bonum dirigitur finem. Quisque enim, quod ipsi veteres Romani fecerunt, pro salute amici ob objecti appetitionem & singularem affectum bibit, qui ponitur in appetitu concupiscibili, tam ratione inclinationis, unde nascitur amor, quam ratione progressionis & motûs ad bonum, unde desiderium oritur. Licet E. finis, (cum per se nullus in cujusdam sit potestate) à nobis non obtineatur (nisi fortassis in quantum nimium potando filum vitæ nostræ abscindimus, ut citius nostras facultates alius consequatur, quam jocosam limitationem refert Liebenthal. *Exerc. Eth. q. 10.*) bonæ tamen ominations, ut signa pii affectûs omni tempore & ab adductis etiam Autoribus sunt approbatæ, ut iis non nisi de abusu possit esse sermo, quod etiam ex eorum lectione colligitur. Hodie tamen hæc libationes jam modo concessæ in balnea, non potiones evadunt, in quibus non tinguntur, sed planè confunduntur & perfunduntur, nec apud hujuscemodi balneatores ullus brutorum jus (secundum Taubmannum *in Plut. Pers. act. 5. scen. 1.*) vel mille precibus impetrare potest: Das Dohsen Recht / denen weder im Fressen noch Sauffen mehr wird auffgedrungen / als sie selbst wollen. A quibus sanitatis potibus, si nihil absterrere Germanos potest, certè movere eos deberet infandum diabolorum & veneficarum exemplum, quibus non minùs familiare est, bibere super sanitate Principis sui Beelzebub; quemadmodum hujus rei horrendum testimonium refert Mart. Delrio, de Monacho quodam Stabulensi Johanne de Vaux, qui in quæstionibus seu tortura id narravit, & in Commentario quodam ad jus Wurtemb. disputationis loco deposito Tubingæ sub Præsidio Christ. Besoldi, latius adducitur ex alleg. Authore Delrio, *disquis. magicar. tom. 3. append. 1. ad lit. u. & tom. 1. q. 2. lib. 2. & tom. 3. lib. 5. sect. 7.*

Pos.

Post. 31
Cum iis nec poculum quod vo-
cant lætitiæ ac hilaritatis repro-
betur.

Ex Jecis.

Decem aliàs pocula ponit Waremundus ab Erenb. *in medic.*
pro fœd. lib. 1. c. 2. n. 3. quæ omnia tamen commodè in tria
compescit Christoph. Math. *lib. 3. system. Eth. Diss. 4. pag. 174.* vi-
delicet in necessitatis, hilaritatis, ac voluptatis. Primum istud
cum ad sustendam hominum vitam proficit, quòd anima in sic-
co habitare nequit, cum sit spiritus, absurdè quis in dubiam
disceptationem daret, *vid. gl. in l. si minor, 34. verb. lit. contest.*
de minor. ubi dicitur, quod bibens vinum pecuniam suam con-
sumat in bonos usus. Hoc secundum lætitiæ poculum in tan-
tum à bono viro non abhorret, ut potius tam divino quàm ipso
Gentium jure, nedum positivo, non improbetur. Deus enim,
tanquam natura naturans, non ad tristitiam sed lætitiã homi-
nes fecit, qui naturã sumus consociabiles; Unde societates, con-
versationes, ac ex his composita convivia honestorum virorum,
exemplo ipsius Salvatoris comprobantur, ut *Matth. 9. v. 10. &*
26. v. 17. Luc. 14. v. 1. Job. 2. v. 2. Imò ipsum lætitiæ poculum
expressius adh. tanquam præceptum conspicitur *Proverb. 31. v. 6.*
date siceram mœrentibus, & vinum iis, qui amaro sunt animo, ut
bibant & obliviscantur egestatis, & doloris sui non amplius recorden-
tur: & parallelus huic textus est *Deut. 29. v. 6.* quod etiam re-
petitur *Judic. 13. v. 7. 9. 13. & 14.* in quibus datur exceptio, quæ
regulam nostram eò tutius confirmat. Vid. etiam *l. ult. de aleat.*
ex qua in conviviis etiam ludere permittitur. Uti in multis
etiam Imperii Recessibus ob convivia Germani veteres præ
aliis Nationibus singulariter calculo laudabiliter notantur.
Adde *Sächs. Policen Ordn. de anno 1612. pag. 77.* von Gastreuen.
& Fürstl. Würtemb. Landes Ord. *tit. 99. §. 5.* ubi notabiliter
modestus potus, eine bescheidene Zechen/ permittitur. Et hãc læ-
titiã, cum gradus lubricus & imò quasi janua sit ad ebrietatem,
Cum.

Gumpelzh. c. 1. § 10. frui bono viro usque ad hanc licebit: non tamen ut eanos mergat, sed ut deprimat tantum, quod error, potius sit, quam culpa, in quem ex plausibili & suavissima amicorum conversatione persuasus facile adducitur, de quo liberaliori quadantenus potu accipiunt illud *Genes. 43. vers. ult.* ubi de fratribus Josephi dicitur: bibisse & inebriatos fuisse cum eo. Quem potum hodiè vulgò vocant, *Ein Christliches Trüncklein/ oder Christliches Neuschlein*; ob quem malè quis argueretur gulæ ac ebriositatis Constitutionibus prohibitæ, ab iis, qui suam avaritiam, & odiosam tenacitatem suorumet tanquam mancipia, simulatâ moderatione fictâque frugalitate, ignominiosi in hanc honestam & omni jure licitam libertatem obumbrare norunt, vid. *Jacob. Wimpeling. in epit. rer. Germ. c. 71.* Licet ultrò largiamur, quod hausto hoc sanitatis ac hilaritatis poculo, vir bonus meritò è conviviis se subducatur, ne bibere fortè accidat poculum contumeliæ, clamoris, furoris, iræ, litigii, ex quibus imprimis suorumet ipsius ac aliorum arcanorum oritur proditio, ad quam eliciendam hodiè plerunque ebrietate illâ, quam sibi quis tertio voluptatis poculo attrahit, tanquam stragemate quodam utuntur, cum

Regibus his mos sit, magnis urgere cutullis,

Et torquere mero, quos perspexisse laborant.

Uti omnes hi perniciosi pariter ac improbi ebrietatis inhonestæ ac prohibitæ effectus & consequentia in alleg. Imp. Recessibus & aliis passim Constitutionibus notantur. vid. *Gabr. Zinano, della ragione degli Sat. lib. II. pag. 392.* ubi Germanum ita syllogizantem, introducit: Si homines maligni, celantes animi sensa, in eo sunt, quo se mutuò decipiant, non est prohibenda ebrietas, quæ secreta animi revelat, adeoque evertit insidiosam humani generis malitiam.

Pos. 4.

Adbitione, auff Hoffrecht/ injuriarum actio hodiè non tollitur.

Ex 78-

NE lætitiæ poculum perturbetur, licet vulpino aulicorum more falso ad alterum ac incandido potu uti. Iræ E. implacabilis aulicæ semper est, aut potius esse in aulis decet, ut verba omittat, tempus & occasionem graviter lædendi expectans, Hipp. à Coll. in Aul. Polit. ut proinde aulicus se cautè gerere, tam circa offensas acceptas, quam aliis illatas, & ab utroque hominum genere se tectum servare, perpetuò debeat. Quæ simulatio aulica licet quidem nonnunquam sit utilis, exosa nihilominus & nescio quid turpitudinis habens, ut meritò ei invidere videatur Ulpianus in l. ii. § 1. de Injur. & Imperator. in §. f. l. b. t. quod nempe dissimulans, h. e. qui conversatione, salutatione, ac aliis amicitia signis cum injuriante utitur, ut si dextram ei det manum, eumve salutet, cum eo bibat, &c. sublatione gravetur actionis injuriarum, quâ hujusmodi familiaritatis signis positus amplius agere nequit. vid. gl. germ. ad art. 31. lib. 3. Sandr. n. 7. c. nec aliqua. 27 q. 1. Wesenb. de Injur. n. 13. Quamvis & Ulpianum & Imperatorem ibi non politicam illam, sed veram, ac certam animi mutationem inducentem dissimulationem dd. textibus subintelligere, verius sit. Hanc E. dissimulationem, injuriatis quippe ob amissionem actionis injuriarum præjudicialem, ut aulici, eorumque sectatores, removeant, si forte contingat, ut injuriatus & injurians casu quodam inopinato inter sese conveniant, vel si fortè Princeps in orbem, seu à primo ad imum bibere jusserit, solent cum protestatione potum accipere more aulico, auff Hoffrecht h. e. citra præjudicium actionis vel causæ injuriarum, Sie trincken einander auff Hoffrecht zu / und nehmen den Trunck auff Hoffrecht an; unde: Ich warts uff Hoffrecht / ich bring dir's auff Hoffrecht. vid. Wehn. obj. pr. verb. Hoffrecht vid. Martin. Nigr. in tr. de protest. Jac. Speidel. in spec. §. auff Hoffrecht / 177. Georg. Schulz / in syn. Inst. de Injur. lit. K. D. Philipp. in us. pr. l. 4. tit. 4. §. fin. eccl. 3. n. 13. cum tamen lites non debeant propagari ut vites, sed minui, dicente Jcto; Unde hunc morem aliquatenus improbat Gumpelzh. d. l. n. 12. in fin. Magis tamen est, ut improbitatis eum argui non posse, defendamus, quia potissimum ob honestatis finem eum observari contingit,

tingit, & ita adbibens rancorem saltè in animi intrinsecum remississe censetur, salvâ nihilominus manente ipsâ actione, quam vir Ethicus animo etiam amico suam saltem bonam famam vindicaturus in alium movere potest, ut aliam quandam actionem rei persecutoriam, ad quas etiam hæc injuriarum per interpretationem aliquam referri potest. Quamvis enim fundamentum famæ in honestate morum, vitæque probitate aliisque qualitatibus positum, nec atrocissimæ injuriæ evertere queant, quia tamen ob internum illud & nobis cohærens fundamentum debeamus externo ab aliis honore (quem bonorum externorum maximum dicit Aristoteles 4. *Eth.* 7.) affici: idè, qui injuriam in aliquem profert, non tribuit ipsi, quod ei debebat; qui v. quod debet, non tribuit, is damnum aliquod infert, Magn. Dn. Struv. *Exerc.* 48. *tb.* 60. damnum v. quis etiam persequi potest absque vindictæ cupidine, prout hæc de civili tantum, præsertim de ea Palinodiæ, non criminali actione, quæ in vindictam primario competit, vid. B. Hahn. *in not. ad Wes. de Injur.* n. 13. *verb. quam criminalem.* intelligi velim, cum hæc ultima citra malevolum affectum contingere vix poterit. Quod si v. hic adbibendi mos dissimulatione falsâ, tanquam aulicâ peste qualificetur, aut nihilominus ita adbibens postea criminaliter agat, nihil ferè impedit, quo minus secundum principia actionum humanarum examinatus, possit aliquatenus improbus dici.

CLASSIS III.

Tractans hujus Consuetudinis Consequens.

Pos. 1.

Ebrietatem non tam cum periculo aliorum peccatorum conjunctam, quam per se peccatum esse.

Enge-

Ebrietatis appellatione intelligitur actus, quo homini ad tempus usus rationis adimitur, ex immodico potu, sive sit vinum, sive aliud quid, immodicè ad voluptatem sensus potatum: ut proinde ebrii sint illi, qui ex casu quodam & ignorantia inebriati, ob immodicè adhibitum potum è potestate mentis omninò excedunt, nihilque eorum amplius, quæ loquuntur aut faciunt, sciunt & intelligunt. Hic ebrietatis actus, uti ex advenientia quidem aliorum delictorum magnoperè qualificatur, ita & peccati vestimentum hætenus non potest non induere. Consideratus verò quod etiam peccati alicujus periculum non immineat, ut quod perpetretur à tali, qui nihil unquam in ebrietate soleat perpetrare, aut quod etiam illud vitandi gratia adhibita fuerint remedia, dubius quodammodo efficitur. Certè enim, cum ipsa natura homini somnum concesserit, videtur hoc ipso & illud non prohibere, ut quis ad tempus usu rationis se privet. Verùm cum somnus à natura quietis saltem causa sit datus, quo vires corporis vel amissæ reparentur, vel debilitatæ & imminutæ reficiantur: at v. ebrietate usus rationis temerè & absque ulla justa causa, sed ex nimio & immodico potu ad voluptatem plus quam necesse est sumto, ad tempus eripiatur, non idem sanè juris erit in ebrietate quam in somno, nec aliter eam, ob hunc excessum, in quo hujus formæ residere videtur, possumus quam peccaminosam dicere. Thom. in II. 2. q. 150. art. 1. & 2. Nam ipsa lex æterna ob eundem excessum ebrietatem condemnat, cibum & potum ad ordinem ipsius seu naturalem non nisi conservandæ salutis ergò permitteas, ut adeoque hæc immoderata potus adhibitio ad scopum in positione nostra obtinendum sola sufficiat, non attento, quod vix accidere possit, ut putat Cajet. II. 2. q. 150. art. 2. dari ebrios, qui ad minimum in alios conferre maledicta, ac libidinose & turpiter agere non solerent: & quod innumera corpori insuper, contra naturalem ipsius ordinem, ex ipsa procreentur mala, phrænesis periculosissima, calculi pœna gravissima, cerebrum concretis tenacibusque vaporibus obsessum, cruditas exitialis, viscerum inflammatio intolerabilis, gravedo capitis

& corporis totius, memoriæ extinctio, aciei ingenii obtusio, aliorumque incommodorum colluviés, eleganter enarrata à Thoma Sagittario, *Exerc. lib. 2. q. 2.* ut de corruptione morum, quos aut optimos quosque pervertit, aut perversissimos inducit, nihil dicam: Nescire ebrietatem modestiam, pudorem, promptitudinem ad iram adpellere, & extinguere præprimis castitatem: ut Divus Hieronymus alibi castum ebrium non putet, Tertulianus ebrietatem scortationis perpetuam comitem, Augustinus naufragium castitatis, Horatius craterem veneris sodalem, Apuleius lagænam veneris gladiatoria ante cænam, appellitent, verbo dixerim: ebrietas corpus hominis foedissimam turpissimorum humorum cloacam, ac abominandam nefandissimorum vitiorum sentinam facit. Et uti sobrietas sui naturâ est bona, ita ebrietas sui natura mala, & peccatum erit. *Wehn. d. l. & voce nostra*, secundum canonistas quidem veniale, ut vitium ebriositatis mortale, per textum *in c. unum. §. criminis dist. 5.* quia mortalia peccata accipiunt species non ab his, quæ per accidens aut præter intentionem fiunt, sed ab eo, quod est per se intentum, *gl. d. tex. verb. ebrietat.* vid. *Gail. 2. obs. 110. num. 29.* Ex his quoque non in elegans ista quæstio deciditur, an ebrietas propter vomitum ex consilio medicis, tuendæ vel conservandæ valetudinis gratiâ, sit peccatum. Nec enim ebrietas tanquam per se mala poterit esse remedium institutum ad recuperandam sanitatem. *Angel. & Rosel. verb. ebrietas. n. 2. Anton. 2. part. tit. 8. c. 3. §. 1.* Utut medicis nonnullis contrarium adeò certum fuerit affirmare, ut Avicennas ex aliorum itidem sententia asserat, utile esse semel aut bis in mense inebriari, *3. 1. Doctr. 2. c. 8. & sent. 34. p. 2.* vid. de hoc pluribus *Th. Sagittarius. l. c.*

Pos. 2.

Nec tamen exinde ob adveniens
aliud delictum duplicem aut
ordinariam poenam mereri.

Ex 9e-

Εκ θεοῦ.

IN ebrio delinquente vulgo distingui solet inter ebriosum, seu ebriositatem, *Vertrunckenheit / Gewohnheit voll zuseyn / & ebrium seu ebrietatem Trunckenheit*; ille ein Trunckenbold / *Vollzapff / versoffner Bruder*; hic, ein trunckner Mensch / *bezechter Mann* / vulgò appellatur. Ebrietas ex casu quodam, ebrietas verò ex habitu vitioso nascitur. Sanè, quod ad ebrietatem attinet, cum propria turpitudine neminem excuset, *arg. l. 30. transactione finita. C. de transact.* & culpa (in quam ebrietas omninò incidit) impunè nunquam fiat, quod vel ex unica *L. Aquilia* satis elucescit, omnis vero culpa ad casum sit noxia, *Roland. conf. 81. n. 53. vol. 2.* non videtur locus esse pœnæ limitationi, ut potius ita delinquens secundum *Pittacum Mitylenæum* patiatur duplicem. *5. Eth. c. 6. tit. 72.* & propter ebrietatem & propter delicta per ebrietatem commissa. Quod ipse *Car. V.* in suis hereditariis provinciis constituisse videtur, ne sc. ebrietas in cædibus excusationem adferat, *Wes. in parat. ff. L. Corn. de Sicar. n. 34.* Cum quo alludit *Ordin. Curiaë Wurtemb. p. 3. tit. 25.* ubi hæc verba leguntur: *Es soll in Schmach und Schläghändeln / in Trunckenheit / zu keiner Entschuldigung verdienet Straff für gewand und angenommen / besondern gedoppelt und der Gestalt gestrafft werden / das männiglich verstehe / daß die Trunckenheit nicht die wenigste Ursach der erkanten Straffe gewesen.* Sed enim hæc non impediunt, quo minus ebrietatem quoad in illâ commissa delicta in irregularitatem incidere ponamus; cum priores illæ rationes saltè evincant, ebrietatem uti per culpam contrahitur, ita etiam per se esse culpofam, non autè quid de ejus consequentibus delictis fieri debeat, decidunt; Constitutiones vero Imperatoris & Provinciales de levi tantum loquantur, & affectata, non de enormi ebrietate, quæ mentis inducit exilium, quod vel ex eo probari potest, quia omnis constitutio secundum æquitatis normam interpretationem recipit, *l. 9. in omnibus. ubi Decius & Cagn. de R. l. & l. placuit. 8. C. de judiciis.* & nisi verba expressa refragentur, secundum juris communis dispositionem exaudienda & explicanda, *l. 2. C. de nox. act. l. 11. §. 1. de mun. & honor.* Dicimus proinde, inebriatum, non

ex proposito aut industria talem, sed ex vini ignorata vi deceptum, ob commissum in ebrietate delictum ordinariâ poenâ non puniri Myns. Resp. 50. n. ult. Covarruv. in clement. si furiosus. p. 3. n. 3. Jul. Clar. l. 5. sent. §. fin. q. 60. §. praterea. Magn. Dn. Struv. Exerc. 48. th. 10. in fin. & Dd. comm. in l. data opera n. C. de his qui accus. non pos. Quia vero dolus saltem non culpa, aufertur, arbitrio interim judicis coercetur, prout in causa homicidii præjudicium affert Magnif. Dn. Richter, Part. V. Consil. 6. n. 23. Und hatt N.N. mit vielen Umständen endlich berichtet / und deponiret / daß ihr sehr und über die massen truncken gewesen / daß ihr etlich mahl aus Trunckenheit niedergefallen / daheroh ihr bewehrter Rechts Gelehrter Meinung nach / nicht zwar à culpa, sondern à dolo, zu excusiren / und also nicht ordinariâ sondern extraordinariâ poenâ zubelegen. Hoc nostrum de poena ordinaria ebrius non infligenda probatur sequentibus: Quia ebrietas, uti supra, mentis exilium inducit, c. à crapula. de vit. & hon. cler. & ebrius furioso similis habetur, per text. in c. venter. 25. distinct. 35. & c. sanè. 15. q. 1. & per Dd. communiter. ideò etiam clementius puniri debeat, per text. l. omne delictum. 6. §. 7. in fin. de re milit. l. perspicendum. n. §. 2. de poen. & ex ebrietate nemo quis studiosè sed impetu delinquit, ut absit omnis dolus & peccandi voluntas, Dd. in c. 2. de malefic. & statuta poenalia insuper, cum saltè de dolo loquantur, hic locum habere nequeant, Menoch. c. 326. ubicunque enim causa adæquata delicti non adest, ex eo nec adæquatus consequitur effectus: Unde Bart. & Dd. in d. l. perspicendum. incestum Loth, ob inopinatam ejus ebrietatem excusant, ex Augustino potissimum; qui Lib. 22. contra Faustum c. 44. Loth culpandum, non quantum incestus, sed quantum ebrietas meretur, & Hieronym. in Opere, de Custod. virginittatis ad Eustochium, inquit: Loth amicus Dei in mente salvatus, & de tot millibus populi solus justus inventus, inebriatur à filiabus suis, & licèt illæ putarent, genus humanum defecisse, & hoc facerent liberorum magis desiderio, quam libidinis, tamen sciebant, virum justum hoc non nisi ebrium esse facturum, denique quid fecerit, ignoravit; Et quanquam voluntas non sit in crimine, error est
in

in culpa. Loth. E. partim culpabilis partim excusabilis invenitur; quod decipi potuit, quod vino nimis in dulserit, & hoc semel iterumque fecerit, *hac Hieron.* Et hoc nostrum adeò verum est, ut in contrarium statutum, hanc sc. misericordiam, prohibens, non valeat, ita Abbas & But. *in c. 2. de malef.* Tiraq. *tr. de pen. leg. caus. 6. n. 2.* autoritate Theologorum & Oratorum. Nec exceptionem hoc patitur in persona Principis, quæ fortè maledictione offensa est, per *l. 1. C. si quis Imp. maled.* cuius exemplum adducit Tiraq. *d. tr. n. 5. & 6.* de Pyrrho Epirotarum Rege, quod cum audivisset, se à quibusdam adolescentibus inter bibendum convitiis maledictisque valdè oneratum, jufferit eos ad se perducì, cui hâc de re interroganti alter eorum responderit: Rex diximus, dixissemusque longè plura, si plus vini habuissemus, seu ut Quintil. *l. 6. Inst. orat. c. 4.* imò vero, inquit, nisi lagena defecisset, occidissemus te. vid. Val. M. *in ejus vita l. 1. c. 2.* cui alios adhuc duos casus Dionysii & Pisistrati addit. d. Auth. Tertio etiam Dd. ampliationem ponunt in eo, qui licèt expertus, se in ebrietate expositum delictis, v. g. homicidii periculo, nihilominus culpa non propria sed alterius inebriatus delinqueret, ut hic planè quoad ebrietatem non sit puniendus: ita Covarruv. *clement. si furiosus. p. 3.* cum aliis quos citat. Quod si levissima tamen fuerit ebrietas, vix est, ut illa profit ad poenæ lenimentum: quia cum homo sit mentis compos, etsi ob vini vel potûs calorem exultet, (modo non ad minimum propè ad mentis exilium accedat) ei non parçitur, ut neque minima ira excuset, *l. si non convitiis. C. de injur.* ita etiam Bart. *in d. l. datâ operâ. v. nunc de 3. C. de iis qui accus. non pos.* Angel. *tr. de malef. verb. scienter & dolosè. n. 17.* Joh. Baptista Cæsar. *p. 3. consil. 55. per tot.* Sicque prius adductam ordinationem Dicast. Wurtemb, de levissimâ tantùm vel affectata non autem de magna & enormi ebrietate loqui adductum, sup. quod dicit etiam Harpr. *S. non solum. 11. Inst. de injur. n. 17. & seqq.* add. Schrad. *tr. feud. p. 6. c. 3. n. 25.* Deinde hoc nostrum limitatur quoque in eo, qui, dum inebriatus deliquit, effectus deinde mentis compos de facto gloriatur, quæ jaçtantia facit, ut ratum habere actum videatur, nec proinde LL. misericordia

di-

dignus, vid. Petr. Greg. in l. 29. c. 13. n. 14. & l. 39. c. 8. Tertio limitationem patimur in eo, qui sibi proposuit, quod velit occidere Titium, & hoc ebrius factus perpetraverit, ita Ludov. Molina, *th. 3. tr. 3. Disp. 38. n. 5.* adde Nob. Dominum D. Bechmannum, Patronum atque Præceptorem mihi colendissimum, in Comment. suo ad *pand. cit. de pœn. obs. 86.* Nec quartò excipitur is, qui sciret, quod in ebrietate sibi planè non possit temperare, sed vel alios percutiat, & offendat, tunc ultimò etiam is supplicio non obstante ebrietatis exceptione afficitur, secundum modò adductam doctrinam Nob. Dn. Bechm. *obs. seq.* quod etiam per aliquod Lipsiensium præjudicium confirmat: prout in hujusmodi exceptionis remotionem in casu homicidii reum præjudicio defendit Magnif. Dn. Richt. *part. V. conf. 6. n. 43.* So ist doch nicht im geringsten erwiesen/ daß ihr den Vorsatz gehabt/ eben zu dem Ende, euch mit der Trunckenheit zu beladen/ damit ihr dessen Todschlag begehen/ und hernach desto eher entschuldigen möchtet/ den die acta weisen ein anders. Illa tamen limitatio, quàm aliàs quidam adducunt de ebrio, qui datâ & præmeditatâ opera talis est factus, multam adhuc patitur difficultatem, quod pro eo 1. sit præsumtio, se nollemetipsum perdere, nec alium offendere; quod autem verisimile non est, nec falsi speciem habet. Deinde, quod, utpote ebrius, habeat mentem abalienatam, verè enim ebrius ignorat quod agit, unde ajunt: Einem ehrlichen Mann wäre ein ohngefährtes wol für gut zuhalten, vid. Menoch. *de arb. jud. q. 2. cent. 3. cas. 326.* Hæc omnia absque ulla exceptione fallunt in ebrioso, quia ex vitioso proprio habitu & consuetudine quadam, sciens prudensque inebriatur, der sich arm/ frant/ und in die Hölle vollsäußt / qui si delinquit, pœna ordinaria pun tur, maximè si consueverit esse rixosus, & excitare turbas, neque ignoret, se ebrium tali vitio laborare: quia tunc ebrietas censetur ad casum destinata, & proinde delictum non excusat, sed illud magis aggravat, Einer der seine Unarth weiß/ und doch trincket/ esse in dolo videtur, vid. Menoch. *l. c. cas. 326. n. 9.* Schrad. *de feud. part. 9. c. 4. n. 99.* Geil. *2. obs. 110. n. 24. seqq.* adde Besold. *thes. pr. hic. & in tr. de homicid.* Multum E. interest, an quis præter opinionem, ob

ob cerebri imbecillitatem, & aliquando, an. v. habitu quodam
& perversâ quâdam consuetudine frequenter inebrietur: Nam
quæ fieri ignoratione solet ebrietas, minus est vitiosa, quam
quæ ex quotidiano ferè more, siquidem illa semel, hæc semper
rationem perturbat, ita Gail. d. l. n. 29.

Pos. 3.

Ebrietatem quoque respuere
συναλλάγματα ἐκείσια, seu facta & con-
ventiones voluntarias.

Ἐκείσια.

UT *συναλλάγματα ἐκείσια* seu delicta verè ac formaliter ab
ebriis non committuntur, quod cum electione seu dolo fiant,
ita & alia & civilia negotia seu conventiones ab ebriis initæ e-
runt nullæ. Ubi cunque enim deficit consensus, ibi & nihil re-
ctè contrahitur, cum hoc præcipuè ex principiis humanarum
actionum dependeat, quorum potissima sunt potestas & vo-
luntas. Voluntatis vero principia sunt facultas intelligibilis
seu cognoscitiva, & appetitus, quæ duo quoque consensum
constituunt, cum voluntas & consensus pari ferè passu ambu-
lent. Quemadmodum igitur consentire, adeoque & pacisci
vel contrahere potest homo facultate cognoscendi & appe-
tendi præditus; ita non consentiunt illi, quibus aliquid facul-
tati huic cognoscendi contrarium accidit, quod in ebriis con-
tingit nescientiâ & ignorantia gerendorum negotiorum, quip-
pe quæ frustra & inutiliter agunt, ob defectum facultatis in-
telligibilis seu intellectus, qui ebriis per mentis abalienatio-
nem planè abripitur, ut adeoque voluntas & consensus omni-
nò naturaliter desint, planè ut etiam hæc ebrius furioso assimi-
letur rectè. Licet enim in actu primo habeat intellectum &
voluntatem, tanquam essentialia consensûs propria, illis tamen
destitutus est in actu secundo, ut merito consensus, & per con-
sequens obligatio illi denegetur. vid. Magnif. Dn. Struv. *Exerc.*
6. 16. 37. in fin. ubi præjudicium quoque Coll. Jenensis adducit

D

de

de anno 1614. M. Jun. Da ihr damahls mit einem Trunck beladen
gewesen / und nicht gewusst / was ihr gethan. So seyd ihr dem-
selben / was da zur Zeit eurer Mühlen halber versprochen worden/
nachzuleben nicht schuldig. B. X. B. Et quanquam insania
in ebrietate contingens brevior sit, quia ex simplici vapore
provenit, longè tamen major existit, quam ea, quæ ex simplici
ac naturali humore melancholico excitatur: in hac enim levi-
ter aliquando, & circa pauca quædam ratio errare conspicitur;
at in ebrietate adeo perturbatur & confunditur, ut rectè Plato
testatus sit. 1. de leg. in fin. ebrium puero similem effici: secun-
dum illud vulgare: verum non audiri, nisi à tribus hominum
generibus, pueris, ebriis, & infanis, quod desumitur ex doctri-
na scribentium in l. possessio, 1 § adipiscimur, 2. de acquir. poss.
Si vero fortè contractus fuerit ab ebrio celebratus, ipse nullus
erit, Rip. in l. is cui bonis, 6. de V. O. quia nec quicquam agere
potest, quod homini tantum sanæ mentis permissum, Rip. in
l. generaliter, ult. C. de revoc. donat & si actum prudentem fece-
rit, ex proposito fecisse non est dicendus Paul. Zach. quest. me-
dico-leg. lib 2. tit. 1. q. 11. n. 30. Ex quibus insuper fuit, ebrium
pariter ac furiosum & infantem & hujusmodi generis homines,
in integrum restitui posse. Nec in eum opponi potest, quod
is suam turpitudinem allegans non sit audiendus, cum hoc in-
telligendum sit, ubi hanc allegans de lucro captando contende-
ret: secus enim est, si ut ipse damnum evitet, contendat quo
casu ne quidem per talem consensum sic improvidè præstitum
offendi seu lædi potest. vid. Joh. Mauritius, S. C. M. olim. consil.
nec non ad Christianissimum Regem Legatus, in tr. de in integr.
restit. c. 394. Item ex his sequitur, quod ebrius propter defectum
consensûs matrimonium nequeat contrahere, Socin. cons. 47.
vol. 3 B. Arum. Exerc. 12. tb. 8. Dn. Christ. Ph. Richt. quest. misc. q. 14.
Neque etiam propter eundem defectum in testimonio adhibe-
ri testis, cum nemo dicat testimonium, nisi jejunos, c. 1. § gl.
in verb. jejun. x. de test. multo minus testamentum facere, quod
si fecerit, nullum est. Quod ad ebriosum attinet, cum ille
videatur ab homine sanæ mentis distinguendus, idcirco illum
omnia suo arbitrio gerere posse Dd. communiter cen-
sent,

sent, quæ ceteri sanæ mentis gerere possunt. Ripa tamen & hunc à testimonio dicendo repellit, nec absque ratione, quippe cum ii, qui frequenter inebriantur, licet actu tales non sint, sed saltem ebrietati student, memoriam amittant: ex multa enim potatione frigidi morbi plurimi pullulare solent, inter quos præcipuum locum tenet, ac frequentior apparet fatuitas, & memoriæ lapsus, quod præter experientiam testatur Plin. lib. 14. hist. nat. c. 22. & Macrobius in somn. Scip. lib. 1. c. 12. ut planè ei curatorem esse dandum velit Rip. in l. 15 cui bonis, 6. n. 24. de V. O. quod ex eadem causa mens frigeat, adeoque ad propria agenda minus sufficere possit. Et imò prorsus in eo, qui furiosus in frequenti ebrietate evadere solet, ita ut uxor ex ejus percussione de vita periclitetur, locum habere divortium, decisum fuisse in Curia Archiep. Neapol. testatur M. Anton. c. 21. n. 12. Sed de hac materia videri imprimis potest Baptist. Cæs. cons. 55. p. 3.

CLASSIS IV.

Affinia, potiones & poculorum varias species exponens

Pos. 1.

Obstagiolorum & immoderatarum adbibitionum abrogationis eandem esse impulsivam

μεγα-
πραγμικήν.

Εκθεσις.

Obstagia sunt pacta, quibus fidejussores promittunt, se debitore non solvente, cum tot ministris & equis, quot in tabula sc. cautionis fuerint expressi, ad certum hospitii locum, venturos, neque inde discessuros, donec creditori satisfactum, vid. Bes. ib. pr. voce, Leistung. Ludvv. Disp. ad Inst. 12. ib. 7. in fin. Magnif. Dn. Struv. Exerc. 47. ib. 41. Hæc in eventum primò suo sub prætextu quidem satis bonum inter Nobiles

D 2

præ-

præcipuè introducta fuerant, ut debiores metu hujus, tanquam
pœnæ cujusdam contractui additæ, solutionem eò citius & com-
modius præstarent, eoque diligentius de aliis satisfactionum
remediis ita detenti cogitent, quòd constat, admodum somno-
lentos esse debitores liberos. Ob quod etiam Constitutioni-
bus non saltem particularibus provinciarum (præprimis Saxo-
num, dicente Meibomio, *ad origines Marcan. f. 39.*) Sed Im-
perii universalibus approbata sunt, ut in Camera sæpiusculè
de iis decretum fuerit, quòd testatur causa Baden contra Ba-
den / 29. Maj. anno 1544. Daß Marggraff Ernst den Unkosten sol-
cher Leistung halben erlitten / zu erstatten schuldig. It. causa Ot-
tingen und der Gemeine zu Bühl / contra Spittalmeister zu Pfor-
zenheim / anno 1566. vid. Gail. 2. obs. 45. n. 2. Sed uti hæc pa-
cta per se ludicris valdè naturalibus sunt induta, ita finem suum
facilè mutabilem mox variarunt. Etenim reos tam principales,
quam accessorios adeò premebant, ut sumptibus gravissimis ex-
hausti ad extremam sæpenumero inopiam redigerentur, quòd
testatur præcipuè Frater Joh. Pauli, *in tr. Schimpff und Ernst.*
Von den Büchern. c. 261. quia, ut docet Hering. *de fidejuss. c. 7.*
n. 75. obstagiorum immanis ferè gravitas adeò excreverat, ut
Alemanni nostri tum temporis semel immissi in illa, tanquam
antipodes diem pro nocte habuerint, h. e. ut Tacitus *l. 16. Annal.*
c. 18. n. 1. diem per somnum, noctem officiis & oblectamentis
desideratissimis, in summam Reipubl. perniciem, nocivumq;
reorum exitium & damnum transegerint, cujusmodi pessimos
effectus plurimos extraxit Dn. D. Tab. *in disp. sua, de Jure ob-*
stag. in Constitutionem Holsatia provincialem. Planè ut demùm
in sumptuosissimas pariter ac luctuosissimas heluationes & cra-
pulas evaserint, docente Col. *proc. execut. part. 1. c. 8. n. 88. &*
seqq. per quas & mentis inducitur exilium, & omnium libidi-
num provocatur incendium, *c. venter. 5. dist. 35.* Propterea
universali Imperii Constitutione obstagiorum usus prius ap-
probatus, tandem omninò fuit abrogatus, in der Policyordn. zu
Frankfurth. *de anno 1577. tit. 17. rubr. Von wucherlichen Con-*
tracten. cujus tenorem addere non pigebit: Wiewohl auch
in des H. R. R. Policyordnung anno 1548. Zu Augspurg
publi-

publicirt / sondere Maß und Ordnung gemacht / wie es zu halten /
da gült Verschreibung auff Bürgen / in Leistung zum mahnen ge-
setzt: Diweil aber seithero vielmahlen erfahren / daß solch Leistung
zu viel Mißbrauch / und die Bürgen so wohl / als die Hauptschul-
diger dardurch in äusserst Verderben gesetzt / und also auch den
Gläubigern selbst / da ihnen damit nicht geholffen / noch bezahle
werden kan / zum Nachtheil gereichen thut. So wollen wir hier-
mit die Leistung in fünffrigen Gült oder Schuld-Verschreibungen /
ein zu verleiben gänzlich verboten haben. Quamvis in quibus-
dam partibus Imperii, veluti inter nobiles Holsatiæ, adhuc
hujusmodi conventiones esse licitas velint quidam, per *Instrum.*
Pac. Cas. Succ. art. 8. in fin. Ob eundem abusum & scan-
dala publica pariter obstagia evulsa penitus sunt & in terris
Thuringiæ, saluberrimis constitutionibus Ducum Sax. impri-
mis pio Zelo Illustrissimi Herois ac sinceræ pietatis, Electo-
ris Sax. Augusti, &c. publicè promulgatis prohibitoriis, per
omnes provincias & territoria, quibus tum imperabat, pru-
dentissimè providente, ne creditoribus in posterum ibidem fi-
dejussores ad obstagia requirere liceret, neve requisiti sese si-
sterent, scituri, ingressis obstagium, pro repetitione expen-
sarum, [damndorum & interesse, denegatum iri jus executionis
adversus principales debitores, prout patet ex *Novel. Constitu-*
tionibus, const. 22. §. Wir wollen auch das Einreiten. *part. 2. Adi-*
ri de hac materia potest præter alleg. Dd. Myns. 6. obs. 57. Geil.
de Pac. publ. c. 2. Moller. 3. semestr. 30. Berlich. 2. concl. 38. Carpz.
Jur. for. p. 2. const. 22. pen. & ult. Wehn. obs. pr. voce, Lei-
stung.

Pos. 2.

Ob eundem luxum inhibentur,
quoque Cænipetarum frequen-
tes illæ visitationes.

Ex Jeros.

SANCTIONIS erat olim inter societates Nobilium in torneamen-
tis, bey denen Thurnier-Gesellschaftern / ne domicilium in-
ci-

D 3

civitatibus habentibus intra muros, liceret ad torneamenta accedere (salvâ tamen Patritiorum Nobilitate, hoc in casu Imperatorum Constitutionibus singulariter privilegiatâ) sed civitates averfantes ruri degerent, quod etiam hodiè tam in Germania, quam in Gallia apud eosdem moris esse plerunque videmus; vel quod extra urbes ruri sibi Reges esse videntur, dum adorantur à suis villicis, quæ ratio est Tiraquelli, *de Nobilit. c. 2. n. 62.* Vel quod maxima feudorum pars ibi consistat, & ut præprimis falsum in civitatibus ob exercendam fortè mercaturam, (quippe quæ ecclipsin quasi illorum Nobilitati super inducit) de se conceptum evitare eò cautius possint, quæ motiva, admodùm laudata & approbata Limneo, est d' Estienne Pasquier, *livr. 2. des recherches de la France. c. 15 p. 163.* quia ruri corpus exercitiis conservari, ut in civitatibus deliciis, apprimè est aptum, cum hæc facilè admittant otium & vitia. Nec dubium sanè est, quin recentibus tum dictarum Societatum constitutionibus generalibus, quas Henricus Auceps tulerat, easque Limneus recenset, omniâ ordine & honestè iis fuerint. Postquam autem per multa jam hinc tempora hæc torneamenta intermissa fuerunt, (de quo anxie conqueritur Reinhardus Comes à Solms / in *Beschreibung des Adels fol. 7.* ubi Principes nostros eorum revocationis admonet) ex eo in illis constituti honestatis articuli per contrariam statim, & irrationabilem planè consuetudinem cœperunt desuescere; Dum passim Cænipetæ, vernaculè, Wurstreiter / Zapsenbuben / invitatis etiam visitationibus student, indiesque alienis inhiantes quadris, conventûs omnes honestissimos, ob sponsalia fortè, nuptias, nativitatem, aut exequias ab honestissimis institutos, cumulatè & gregatim pervagantur, omnes insuper in unum directi, inibique tantâ cum temeritate, in visitati summam sæpè perniciem, ac convivarum præsertim fæminini sexûs, pessimum scandalum, epicuros prorsus agunt, ut nî Magistratus hujusmodi furiis medicinam ponat, & sinceram tandem partem tractum iri, vaticinetur, Limn. *in Jur. Publ. lib 6. c. 5. n. 68.* Soli igitur Saxones, ob usum fortè frequentiore, Cænipetarum appetitûs interitum volunt in der *Sächs. Polizeyordnung. c. 20.* ubi primùm Nobilium hu-

hujusmodi visitationum, des unhöflichen Umbreitens / eorum-
que effectuum fit mentio, & paulo post abrogationem ponunt:
Wenn denn hierdurch manchen ehrlichen Mann in seinem Hau-
se / bey der gleichen Ehrensachen nicht wenig Ungemach zugezogen
wird / auff solche umbreitende Gesellschaft auch mehr gewendet
werden mus / als auff die eingeladne Gäste / welche neben dem
Hauswirth vor solcher Gesellschaft oftmahls nicht genug sicher
sind / solches aber nicht ein geringer Schaden denen auff dem Lan-
de wohnenden vom Adel / und an sich selbst dem Adlichen Stand
zur Verkleinerung gereicht: Als können wir solch umbreiten durch-
aus nicht verstaten / wie wir dann dasselbe hiermit gänzlich ver-
bieten thun / also und der Gestalt / daß hinfüro keiner / so nicht
zu solchen Zusammenkünfften ordentlicher Weiß eingeladen / bey
denselben sich finden / oder betreten / auch da sich einer oder mehr / so
nicht invitiret / anzugeben unterstehen würden / von dem Haus-
wirth keineswegs auffgenommen werden soll: Subjicitur de-
nique poena vel pecuniaria 100. Thal. aut magnâ hanc inopiâ
non permittente, carceris 14. dier. vid. *Bel. Tb. pr. voce,*
Wurstreuter.

Pos. 3.

Philtrum alicui adbibens, punitur
arbitrariè.

Ex Jeros.

Philtrum seu poculum amatorium describimus potionem ex
herbis aliisque rebus, ad excitandum amorem alicujus viri
vel foeminae confectam, Gallis dicitur, poisons pour faire
aimer, vernaculé, *Steb Trancstein.* Hoc quidem nonnunquam
conciliatur amor; *Binsfeld. de malef. fol. 427.* Sed ille furiosus
est, unde ad insaniam poculum tanquam speciem refert amato-
rium *Farin. pr. crim. tit. de homicid. q. 122. n. 91. part. 2. tom. 2.*
juxta illud *Nasonis:*

Philtra nocent animis, vimque furoris habent.

Et *Politiani:*

Nec qui philtre bibit, nimioque insanus amore.

Sed

Sed ad scopum. Sanè per Legem Imperatoris Marciani *ejusdem 3. ad L. Cornel. de sic. & venef.* qui venenum necandi hominis causâ saltem fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, non arbitrariè sed capite ordinariè plectitur. At vero philtro ita amorem alicujus conciliaturus per intrinsecam veneni naturam mortis periculum non poterit non prævidere, adeoque in dolo esse. Verum quoniam in criminalibus mitior semper sententia est arripienda, & delicta ex animo tantum judicanda; ita ipse Imperator Marcianus hic in lege sua decisionem præbet, capitaliter eum tantummodò coerceri, qui circa venenum malum animò ad necem directò & dolosè versatur, quod in philtro in alium utentibus finè duplici ratione fallit. Quia primò in tantù animus nocendi aut necandi non adest, ut potius amans contraria laboret mente, & animi quâdam desipientiâ ac ægritudine pulchritudinis alicujus imagine perturbetur, Paul. Zach. *d. l. L. 2. tit. 2. q. 10.* & idcirco quia amor est passio vehementissima, & cæteris perturbationibus longè vehementior, ut in *Nov. 74. c. 4. pr. Boer. decis. 24. n. 75. Alberic. in diction. verb. Amantes. Farin. d. l. 79. Mant. de conject. tit. 19. l. 11. n. 14.* amantem in delictis non modò mitius puniri vult Clar. *l. 5. q. 60. n. 10.* sed etiam totaliter excusat Chass. *super consuet. Burgund. fol. 39. n. 12.* ubi se vidisse ait in facti hujusmodi contingentia, quodammodò excusatam mulierem, quæ receptaverat res furtivas ab amasio suo; It. in quodam, qui fecerat sortilegia propter amorem; & alio, qui libellum famosum ejus amore captus contra puellam publicaverat, ita judicatum esse docet Clarus, *d. l. vid. etiam Magnif. Dn. Struv. Ex. 48. §. 10. n. 2.* ubi planè non committi delictum ait à melancholico, præterque alleg. Dd. adduxit etiam Paul. Zachiam, *c. l. L. 2. tit. 1. q. 9.* qui ipse expressè amantes inter insanos & melancholicos refert, *l. 2. §. 1. q. 10.* id quod pluribus ibidem probat. Abest ergo in hoc crimine formale seu voluntas occidendi dolosa. Secundò quoque deficit hic aptitudo necandi in instrumento, veneno, quod in ipsa L. Marciani adductâ diversimodè consideratur, occasione voculæ, mali, voci veneno adjectæ, ex quo Imp. per relationem contrariam excludit venenum bonum, quod, uti illud ad occidendum, ita hoc ad sanandum

dum paratum esse, docet, & mox præsupposito, nomen veneni esse medium & generale, quod etiam docet *l. qui venenum, 236. de V. S.* adde Chirland. *de sortileg. q. 10. n. 4.* Caball. *n. 606.* Guibert. *quest. Jurid. c. 16. n. 1.* excludit à pœna legis poculum amatorium, veluti illud mediocritati relinquens, quasi ex ipsis veneni qualitatibus & doctrinâ medicorum edoctas fuisset, qui præter alias & hanc Imperatoris divisionem, in bonum & malum, porro, secundum veneni effectus, id dividunt in mortiferum, quod vel actu interimit, vel interimendi habet potentiam, & hominem in manifesto vitæ discrimine ponit; & non mortiferum, quod insignem læsionem corpori infert, nec tamen vitæ obest, saltè sensibiliter, licet insensibiliter, & in rei veritate aliàs id efficiat. Hoc non mortiferum Cardanus *Lib. 1. de venen. c. 26.* ad quatuor iterum genera reduxit, in amatorium, maniacum, contagiosum & debilitans. Distinctius vero dispescere videtur sapius alleg. Paul. Zach. in ea, quæ infatuant, quæ insanire faciunt, (in quibus amatorium comprehenditur, quod ipse amor sit species melancholiæ) quæ abortum, sterilitatem, aut coeundi impotentiam, vel hujusmodi noxios influxus alios & contagia faciunt, ex quibus philtrea conficiuntur, Farin. *in pr. crim. tit. de homicid. q. 122. n. 91. part. 2. tom. 2.* In hoc E. delicto semper opus erit arbitrio judicis, & judicio medicorum, ut vel quantitas vel qualitas & personæ delinquentis & veneni præprimis, imò & assumentis seu bibentis temperamentum, ætas, virium robur ac corporis dispositio, æquius quodammodò dignosci, & habitâ ita circumstantiarum ratione vel gravior vel mitior pœna imponi possit. Quod si hoc poculo porrecto mors bibentis insecuta sit, etsi id porrigens non fuerit in dolo, seu non eo animo dederit, ut is cui datur, isto pereat, nihilominus pœna locum habet capitalis, quia mali exempli res est, poculo amatorio hominem seu marem seu fœminam perire, *l. si quis 38. §. qui abortionis, 5. de pœn. Chirl. d. l. q. 12. n. 13.* Tiraq. *L. connubiali. 14. per. 101.* Magn. Dn. Struv. *Ex. 48. §. 8.* Adde Ludvv. *Disp. Inst. 18. §. 5.* Bronch. *cent. 14. aff. 84.*

E

Pos. 4.

Poculum abortionis porrigentem mulieri, puniri sub distinctione partus animati vel inanimati, jure tantum Canonico non civili, defenditur.

Expositio.

Tantis hæc controversia nodis dissentientium est intricata, ut quò quis securè verti possit, vix constet. Etenim sunt, qui in excessu ab hac nostra sententia secedentes simpliciter & indistinctè, s. quis animatū s. inanimatum s. maturum s. immaturum foetū abegerit, capitaliter in ita delinquentes animadvertunt, per rationes, quas affert Harprecht, in tr. crim. §. it. Lex Cornel. de sic. §. 7. de publ. jud. n. 46. & seqq. Sunt iterum alii, imò plurimi, qui sub distinctione partus animati & inanimati, litem ex utroque civili & Canonico jure derimunt. Utraque non suo quidem sensu, sed ad aliam applicationem directa vera est. Fallit illa quoad partum inanimatum, civili, Canonico, & etiam hodierno Jure Carolino, eorumque rationes pro se adductas satis eleganter refellit Harpr. in d. tr. crim. Horum vero quoad eundem partum ex jure veterum civ. non probatur. Lex enim Divus. 4. de extraord. crim. ab iis adducta, generaliter & sine ulla distinctione partum abigentem non capitaliter, sed extraordinariè coërcet, quod id. faciunt l. si mulierem, 8. ad L. Corn. de sic. & l. Cicero, 39. sub fin. de pœn. quæ ultima, quoad membrum prius ponit quidem ultimum supplicium, verum rationem ejus esse specialem, ostendit insignis locus Ciceronis, ex quo d. l. 39. desumpta est, quem integrum ex oratione pro A. Cluentio producit P. Aerodius l. 2. decret. sub. tit. ad L. Cornel. de Sic. Mulier quædam Milesia, inquit Cicero, quod ab heredibus secundis acceptâ pecuniâ partum sibi ipsi medicamentis abegisset, rei capitalis damnata est, neque injuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, heredem familia,

lia,



lie, designatum Reipl. civem sustulisset, &c. Lex insuper si quis 8. C. ad L. Corn. de sic. non loquitur de animato nondum edito, sed de infante jam nato, explicante ita Anth. Thesaur. decis. 12. n. 6. vers. denique miror quam ob causam. Neque denique utramque hanc dissentientium classem juvat l. si quis 38. §. qui abortionis, 5. de pœn. ad quemcunque ii sive partum animatum sive inanimatū applicaverint; quia poculum abortionis dans non ratione partus pœnâ capitali afficitur, sed quia mors vel ipsius mulieris, cui tantum abortionis potio porrigitur, vel hominis, cui amatorium fuit propinatum, est secuta, uti genuinam hujus §. expositionem nobis subministrant Basilica, lib. 6. tit. 51. c. 38. ex quibus manifestum est, Idem loqui de morte non ejus, qui in utero est, sed personæ, cui vel abortionis vel amatorium nota fuit datum. Ideoque vox mulier, respicit poculum abortionis, neque enim alii, quam mulieri præberi solet: at vox homo, amatorium, æque enim viro ac mulieri propinari consuevit. Et ita etiam sentiunt Menochius, Pedemontanus, add. Magnif. Dn. Struy. Ex. 48. tb. 8. Ponitur E. Jure civ. eum, qui partum etiam animatum per abortionis poculum abegit, capitaliter non puniri, per textus non saltem à dissentientibus adductos, qui generaliter omnes de arbitraria saltem pœna agunt, quosque mirè & violenter quodammodo ad suas detorquent partes: Sed per rationes imprimis, quod nemo L. Corn. de Sic. teneatur, nisi qui hominem dolo malo occiderit; partus verò nondum editus hominis nomen nondum mereatur, per text. in l. in Falcidia 9. §. ult. ad l. Falc. l. cum inter, 14. C. de fideicom. libert. add. Magnif. Dn. Strauch. Dissert. Inst. 19. tb. 8. & rationes in positione præced. adductas ex æquitate quam criminalium executiones spirent. Jure vero Can. & civ. novissimo Ord. Crim. Car. V. distinguitur inter partum animatum & inanimatum, quod discrimen etiam notatur in S. Codice Exod. c. 21. v. 22. §. seq. uti textus hujus expositionem tanquam approbatissimam juxta versionem 70. Interpretum communiter sequuntur, quamvis nonnulli, quod ibi de partu animato vel inanimato mentio nulla fiat, dissentiant. Canones vero hanc distinctionem probant in textu inevitabili c. Moyses, 6.

caus. 32. q. 2. c. sicuti, 10. d. c. 32. q. 2. Ubi partus tamdiu homo non reputatur, donec elementa confecta suas imagines membraque suscipiant, atque ita partus formatus fuerit. *it. in text. c. si aliquis 5. X. de homicid.* ubi expressè dicitur, quod is, qui mulieri prægnanti poculum dederit, quo minus potuerit soboles nasci, ut homicida puniatur. *it. per text. c. sicut ex litterarum, 20. sub fin. x. eod.* ubi disertis iterum verbis inter abortum ejus qui vivificatur, & qui vitam non adeptus erat, distinguitur. Nec aliter sentit Imp. Car. V. in Const. crim. art. Straffe der jenigen / so schwangern Weibsbildern Kinder abtreiben. 133. ubi vir dolo malo partum abigens poena gladii punitur; Mulier vero ipsamet sibi partum abigens, in profluentem aquam projecta suffocatur. *Diff. Bachov. ad Wes. hic. & apertissimè ad Treutl. vol. 2. Disp. 32. tb. 5. tit. 5.* putans eam distinctionem esse potius Theologicam, quam juris civ. Et hæc distinctio tandem etiam in foro Saxon. obtinere cœpit, ut is, qui partum animatum abegit, ultimò supplicio, qui inanimum, arbitrariâ poenâ seu relegationis seu fustigationis puniatur. *Const. Sax. tom. 2. p. 4. q. 47.* Wenn vorsehlich / n. 1. & seqq. eandemque distinctionem confirmavit Aug. Elect. *Nov. p. 4. const. 4.* Quò autem & quando temporis spatio partus vitalis & animatus videri possit, toto cœlo inter se dissidentes semper opiniones exstiterunt. Nos brevitati studentes, intra quam hæc pagellas coarctandas duximus, aut Hippocratis sententiæ ad hærendo, quod diebus 30. in masculis, in fæminis 42. partus sit formatus, adeoque etiam vitalis, quomodo concludit Galen. *15. de usu part. c. 5. cl. 1.* aut medium eligentes Paul. Zachiaë, supra 60. diem masculum & fæminam semper pro animato habendum esse partu: Aut receptissimam denique & pragmaticam sententiam Aug. Elect. *in Nov. p. 4. const. 4 §. 1. vers.* und solches mag unter der helffe nach der Empfängnis geschehen. sequentes ex hisce executionem faciendam esse censemus. *Berl. concl. 8. p. 4. n. 22.* Magnif. Dn. Struv. *Ex. 48. tb. 28.* Quod etiam procedit, licèt ipsa mater poculum abortionis sumserit, & abegerit partum, ita ut poena L. Corn. de Sic. non autem Pompejæ de parricid. locum habeat, per rationes, quas plurimas adducit *Berl. all. l. n. 24. & seqq.*

Pof.

Mulieri non gravidæ conceptionis poculum, nisi exinde mors sequatur, porrigere licet: Prægnanti vero & graviter decumbenti, ex consilio medicorum, quamvis periculum sit, ut mulier mortem evadat, abortionis poculum tradere vix licebit.

Tres aliâs modos ponunt Casuistæ, quibus abortus foetus procurari solet: Impediendo nempe, ne foetus concipiatur, procurando nimirum, ut foemina post concubitum fiat sterilis; ut foetus jam conceptus, & animatus excludatur; tertio, ut foetus jam conceptus sed nondum animatus projiciatur: qui omnes, prout in terminis accipiuntur, dictis sub pœnis graviter & severè prohibentur, quorumque primus maximam ferè partem & vix sub ulla exceptione impediens foetus conceptionem, contra justum naturæ ordinem, atrocitate suâ si non vincere cæteros, certè par iis esse potest, ut exinde ut homicida taliusmodi delinquens puniatur, per text. expressum, *in c. si aliquis. x. de homicid.* ut in ampliationis planè gradu hoc etiam in muliere, id in paupertatis medelam faciente procedere doceat Felin. *d. c. 5. x. de homicid.* vid. Azor. *Inst. moral. p. 3. l. 2. c. 4. Damhoud. in pr. crim. n. 73. n. 2.* Licèt receptiorem in praxi sententiam de pœna aliqua mitiori & extraordinaria dicat Berl. *concl. 9. p. 4. n. 59.* quod quis hoc in casu non verus homicida reputetur, sed tantum impropriè, & consequenter pœ-

na homicidii ordinaria locum non habeat, quod id. in conjugibus vult esse text. in *c. aliquando*, 7. *caus. 32. q. 2.* quia sterilitatis pocula sibi ex libidine procurantes, non conjuges, sed potius fornicarii reputentur. Sed hoc obiter. Contrarius planè & inversus est casus, si conceptionis poculum, sterili alicui ventri, ut gravidus fiat, tradatur, quod uti bono nec sinistro fine datur, ita si exploratâ prius potûs substantia, & à medico præsertim fiat, ac maximè probabiliter nullus de morte metus adsit, impunè id licebit. Tusch. *tom. 8. pract. concl. lit. 2. concl. 69. n. 4.* Farin. *in pr. crim. p. 4. tit. 14. q. 122. n. 200. & seqq.* Pharmacopolas interim, & similes, qui temerè ac sine medicorum præscripto hujusmodi potionem adhibent, unde mors facilè sequi potest, hâc sequutâ ordinariâ homicidæ pœnâ teneri: alios v. id conantes non hâc ordinariâ sed extraordinariâ relegationis puniri, volunt Dd. per *l. 3. §. 2. in fin. ad l. Corn. de Sic.* vid. Ludov. Molin. *tr. 3. Disp. 27. n. 8.* non obstante, quod factum sit mali exempli, contineatque temeritatem ac culpam juridicam; nec malo tamen, ut abortionis aut amatorix potionis, sed sine sua quidem intentione bono. An vero alio iterum casu à muliere jam tum graviter prægnante in salutem ejus suafu medicorum per quandam potionem abortionis fetus abigi possit, quæstionis est conscientiosissimæ, ut cum Socino, Covarruvia, Theslauro aliisque affirmativè decidi vix patiatur, juxta Felin. *d. l. n. 1. vers. quid autem de muliere prægnante.* qui eam in decisam cujusvis cogitationi relinquit. Multum quidem in hisce casibus medicorum judicium valet, ast nec pauca in conscientiam, cui pleraque relinquenda, incidunt. Dicerem itaque ex Jac. Menochio *l. 2. arb. jud. cent. 4. cas. 357. num. 20 & passim.* Prosp. Farin. *pr. crim. p. 4. tit. de pœna poculum dantis. 24.* id tanquam à peccati labe vix immune, non esse licitum, in foro præprimis conscientix, quando ut plurimum partus hâc potione abigendus animatus fuerit, quod non sint faciendâ mala, ut bona eveniant, sic Johan. de Neap. Anton. Sylvest. Navarr. Armilia, *in verb. abortus. & homicidium:* Quod quidem intelligi velim de eo, quando potio ex sua vi ordinata esset ad abortum, vel ad interitum, aut damnum foetus, etiamsi pro-

prodesset matri, nec detur ex intentione foetum occidend, quod satis sit eam ordinari ex sua vi ad ejus interitum; nec ideo procuranda falus & vita unius cum alterius interitu, uti docet Cordubensis, *lib. 1. q. 38. dub. 3.* Ergo graviter periclitanti gravidæ per alia remedia, indirectè fortè partûs periculum, minantia, mulieri vero salutaria, ut per emissionem sanguinis, aut pharmacum humoris purgativum, aut per emplastrum doloris lenitivum, ad ejus conservationem, succurrere licebit; cum hoc sit tueri principaliter saltem vitam matris, non per se interitum foetûs quærere. Quod si hoc ipsa medicorum tamen consilio facere conetur, impingens nihilominus in conscientia dictamen temporali poenâ in foro quidem externo excusabitur: aliàs absque ordinario consilio poenâ aliquâ mitiori punietur, uti sentit Berl. *d. l. n. 45. in fin.*

Pos. 6.

In propinantibus venenum conatus quoque Jure civili punitur poenâ Legis ordinariâ.

Ενθεσις.

NON omnia delicta atrocita esse æqualia, neque idem poenæ etiam mortis genus, pro omnibus esse statutam, sed quædam esse longè graviora, atque atrociora, quam alia tum ex objecto, tum etiam ex circumstantiis, per se cuilibet notum est, & consentiunt *c. consideret, de poen. dist. 5. l. aut facta ff. de poen. quæ transcribitur in c. aut facta: de poen. dist. 1.* & aliis juribus. Certum itidem est, actûs alios, quibus attentatur crimen atrox, pro quo poena mortis pariter atrox sit statuta, quosdam esse proximos, ut consummetur immediatè delictum; & quosdam, remotiores: Et quod hujusmodi actus & conatus indistinctè vel in atrocissimis delictis non puniantur, prout in terminis distinguit Lud. Molin. *ib. III. tr. 3. disp. 24. n. 5. seqq.* Quo enim plus actus aliquis vel conatus seu attentatio nocuerit, nocere vere ipsa potuerit, eò gravius etiam est delictum non consummatum

tum, & majori consequenter pœnâ dignum. vid. de pœna conatûs Magn. Dn. Struv. *Ex. 48. tb. 5. per tot.* Ut vero LL. nostræ sunt norma judiciorum, ita hæc in thesi saltem & ubi jus non est expressum valent. Legis itaque decisio hoc casu sub hac distinctione capienda venit: Aut enim lex expressè imponit pœnam ordinariam, pro eo delicto statutam, ei, qui illud saltem attentaverit, nec absque ejus etiam consummatione secutus fuerit effectus, aut non; In iis atrocioribus delictis, in quibus jura certam pœnam attentanti non expresserunt, licet illa non consummaverit, pœna pro attentatione talium delictorum est arbitraria: quæ etiam, si lex vel consuetudo non habet, ut sit infra mortem, à judice pro modo circumstantiarum in mortem usque extendi potest. Lud. Molina, *d. l. n. 7.* Secus si certa pœna à Lege fuerit expressa, quo casu servanda utiq; lex erit, ac delictum saltem attentans ordinariè puniendus id quod usu venit hoc nostro casu, per *l. Lege Corn. 1. § præter. 1. ad L. corn. de Sic.* quæ lex eandem pœnam ordinariam ultimi supplicii statuit ei, qui hominis necandi causa venenum modo confecerit. Majore autem ratione tenebitur eadem pœnâ, qui illud ad id emerit aut acceperit. Ex quo certè apertè colligi videtur, solam attentationem, etiam conficiendo venenum, aut illud alteri tradendo, ut eò interficiat, puniri mortis pœnâ, quod id. vult. *l. ejusdem 3. d. 1.* Ex eò forsitan, quod veneno aliquem extinguere, gravius sit, quam necare gladio, cum illud minus præcaveri possit, *l. plus est, 1. C. de malef. & matb. Giph. l. 4. D. sp. Jur. Civ 49. tb. 62* & venenum sit nocentius ferro, ut etiam exinde Præsides veneno necandi jus habere negentur ab Ulp. in *l. 8. aut damnû, §. vita, 1. de pœn.* Imò LL. adeò ab hoc delicto abhorere videntur, ut in justitiæ executione veneno uti nolint: reus enim ad illud assumendum condemnari nequit, Paul. Zach *d. l. l. 2. t. 2. q. 1. n. 8.* Et venenantes ut proditores habet Bald. in *l. Nemo clericus, c. de sum. Trinit. & fid. cathol.* ita ut tales immunitate Ecclesiæ non gaudeant, Caball. in *tr. de omn. gen. homic. o. 583.* Novissimâ sanè constitutione Carolina venenarius latroni æquiparatur, & rota contunditur. Sin fœmina fuerit, suffocatur aquis. Interdum etiam in terrorem aliorum vel ad lo-

locum supplicii trahæ illigati equis pro more raptantur, vel
candentibus forcipibus semel aut pluries pro personæ conditio-
ne & qualitate delicti ustulantur, *P. H. D. art. 130.* Jure Sax.
vivi concremantur. Nec tamen ordinariâ hâc venenatorum
occidentium pœnâ tenentur, ut o im necis causa venenum tan-
tùm conficientes, si mors nondum est insecuta, sed ex recepta,
hodiè consuetudine extraordinariè arbitrio judicis coercentur,
ut tradunt *Dd. communiter, bî.* Cæterùm ut Principes à ve-
nenosorum poculorum periculo eò securiores essent, introdu-
ctum, ut in plerisque Principum aulis potum ipsi à manu Ma-
reschalli, vel alterius cujusdam ministri offerentis non acci-
pant, nisi prius ab offerente fuerit degustatus, quod vulgò vo-
cant, *Credeogen;* quo saluberrimo imò antiquissimo remedio
fanè fit, ut etiam ministri, in ma, us Principum consilium & se-
curitatem certiore, cautiores reddantur, quippe qui hâc ra-
tione, ne prægustando in propria viscera sæviant, majorem in
indigandâ qualitate potûs solertiam adhibent. Vocantur hi
aliàs *Pocillatores, Pincernæ, Prægustatores,* quali hodiè officio
præprimis in celebratione Curia Imp. fungitur Bohemus, qui
primum Imperatori potum porrigere tenetur, videlicet vinum
aqua permixtum, *A. B. c. 27. § 25.* quod ex præcepto Salomo-
nis, *proverb. c. ult. vers. 4.* coniectura labili deducit *Nolden, de*
Nobilit. c. 8 n. 78. Potius enim ex consuetudine & consilio me-
dicorum ob modò præmonitum finem, originem debet, ut te-
statur *Staphylus apud Athenæum, l. 2. Deipnosoph. fol. 22. editione*
Græcâ: τὸν τὴ οἴνῃ κρητὴν μελάμποδα πρῶτον ὄρεϊν: vini tem-
perandi rationem primùm à Melampode (Græco Medico cele-
berrimo) inventam. Plura de origine hujus potûs & de ejusd.
antiquitate vid. eleganter apud *Limn. in J. P. l. 3. c. 8. n. 13.*

Pos. 7. & ult.

Potionem illam amaram, quam
sacra pagina notat, *Num. 15.*
vers. 11. ad finem usque capitis: non,

F

spe-

speciem tantum fuisse torturæ,
sed poenæ simul loco datam.

Ex JEHOIS.

A Quæ illæ sceleris & innocentia, vel juxta versionem latinam Franc. Vatabli, aquæ amaræ execrationis, *Bitter verfluchte Wasser* in Repl. Israelitica adhibebantur eò casu, si uxor aliqua, vel odio vel contemptu viri, vel superbia, vel æmulatione & Zelotypia, vel lascivia aut aliâ quâdam protervia, petulantia ac procacitate à viro suo aliena facta, se alii adjunxerit, & cum illo in locis secretis se absconderit tamdiu, donec pollui & inquinari potuerit, & à viro testatò admonita, abque aliorum virorum consortio abstinere jussa, in proposito suo nihilominus obstinatè perseveraverit: nec v. horum per testes, ut ut ab ipso Zelotypiæ spiritu incitato suspecta, potuerit convinci. Potestas marito tandem concedebatur, uxorem hanc adducendi ad sacerdotem, qui adhibitis certis ceremoniis, & diris execrationibus, ex haustu vel potione aquæ, quæ adulteræ amara, castæ v. suavis & innocua erat, uxoris vel delictum vel innocentiam prodidit. Aqua enim illa amaritudinis importabat maledictionem, acerboque supplicio fontem afficiebat mulierem, ut venter intumesceret, & ipsius caderet femur, essetque execrationi apud populares suos. Ex hac solâ Lege Zelotypiæ, quam vocant, *Enfer Geses*, modum tormentis veritatem inquirendi utpote justum & per tot secula in Imperio Romano-Germanico aliisque locis & Gentibus frequentatum, nonnulli defensori frustra dissentientibus, & planè torturam contemnentibus injicere frenum conantur, quasi ab ipso etiam Deo & sacro jure ea olim in Populo Judaico obtinuisset. Nec enim hic Zelotypiæ & adulteri processus in finem tantum inquirendi veritatem per modum torturæ instituebatur, quò Resp. Israeliticæ planè non opus habuit. Justitiæ enim administrandæ & flagitiorum comperiendorum in tanta rerum, quæ nunc in mundo, confusione, multa major ratio est, quam erat olim apud Judæos, qui, cum Deus sæpius immediatè, ut in furto Achan, & aliis modis

dis extraordinariis crimina detegeret, magis timebant, ut id cir-
 co neq; hæc investigatio simplex torturæ nomen sortiri possit.
 Deinde tortura adhiberi nequit, nisi quando crimen est vel semi-
 plenè probatura, vel eam vehementia indicia urgeant, ut ferè
 moraliter certum sit, hanc patientem authorem esse. vid. omni-
 nò Magnificum Dn. Præsidentem, in *Resolut. LL. difficil. Cod. ad lib.*
6. tit. 41. At v. potionem amarâ illam in audum torturæ finem
 datam esse asserens in ipsam à Deo tum temporis administra-
 tam justitiam hoc modo valdè impingeret; cum quæcunq; ferè
 & levia hæc indicia suffecisse, textus doceat. Si sc. uxor vel non
 sit deprehensa in facinore, vel testibus argui nequeat, vel alio
 modo prorsus ferè lateat adulterium; sed solummodo Zeloty-
 piæ affectu, qui cuidam per se facilè suboritur, maritus laboreat.
 Tertio, uti tortura non est introducta in pœnam criminis com-
 missi (hoc enim, cum non est plenè probatum, non punitur, per
l. aut damnum. 8. §. nece, 3. de pœn. l. pen. de quæst.) sed ut delicti
 reus efficiatur torquendus: Ita si hoc ad potionem illam ama-
 rissimam quis applicaverit, patebit, non tam torturam, quàm
 etiam pœnam fuisse. Ita enim secundum Vatabli versionem se
 habent verba, *vers. 21. & 22. Det te Dominus in execrationem, & ju-
 ramentum in medio populi tui, cum sc. effecerit Dominus, ut femur
 tuum dejiciatur, & uterus tuus intumescat. Ingreantur aque istæ
 execrantes in viscera tua, ut intumescat uterus, faciantque dejici fe-
 mur tuum dicatq; mulier, amen, amen.* Tortura siquidem in nu-
 dam veritatis inquisitionem instituitur, cum tamen hæc potio in
 pœnam quoque, sine planè à torturæ diverso, præbita fuerit.
 Quæstio deniq; innocentes nonnunquam torquet, & atrocissi-
 mos sæpè cruciatûs infert; (non omnia enim incommoda in re-
 bus humanis evitari possunt) at vero hæc potio ab innocentibus
 suaviter & sine noxâ bibebatur; ut simplici iterum torturæ no-
 mine venire nequeat, cum eam pœna semper comitata fuerit,
 eleganter hoc deducente Ant. Math. *de crim. l. 48. ff. tit. 16. c. 5. n. 1.*
p. 804. Wisenb. disp. ad ff. 36. tit. 13. vol. 2 Everh. Speckh. cent. 3. quæst.
jur. cl. 4. q. 9. n. 2. Atq; sic etiam L. B. aliquot poculorum species
 pro viribus percussis, & candidè hisce pagellis Tibi propinavi,
 quæ in bonam partem à Te acceptum iri spero, precor.

COROLLARIA.

- I. Non ulim terminos professionis suae Jcti nostri evagantur, aut fal-
com in alienam immittunt messem, dum Jus tractant publicum, nisi
forsan & Jctos veteres in eodem peccasse, pueriliter dixerimus,
& Impp. nostros accusaverimus, qui idem nobis in Libris Juris civ.
propositum ex parte reliquere, partim vero Constitutiones Imperii
publicas voluerunt.
- II. Imperium Romanum sine urbe Roma optimè consistere potest, &
diti Romanus Imperator, qui Romam caret, modo succedat alteri Ro-
mano Imperatori, in eadem dignitate & potestate, sive plures sive
pauciores provincias suo sub Imperio habeat. Alioquin nec Valens,
nec Arcadius, nec Theodosius junior, nec alii successores usq; ad Ju-
stinianum, qui omnes Romam carere, Romani Impp. dici potuissent.
- III. Pontifex, ut populi Romani membrum, in Carolum aequè ut re-
liqui ex populo consensit, adeoq; quod populo supererat juris & ter-
ritorii, in eundem transtulit, non solus quidem sed cum aliis. Non
enim Romani Imperii fragmenta in ipsius erant marsupio, ea ut
solum Carolo concederet.
- IV. Capitulationes nihil detrahunt Majestati Imperatoris.
- V. Imperator potest alicui concedere privilegium, ne alteri suum ju-
stum titulum tribuat.
- VI. Regi Romanorum praecedentia praeter alia Regibus competit.
- VII. Electores habent jus eligendi non jure magistratus sed Majestatis.
- VIII. Electores Ecclesiastici jus votandi habent, etiamsi à Pontifi-
ce, non infulati aut confirmati fuerint, nec susceperint pallium.
- IX. Electores seculares praetise esse debent 18. annorum.
- X. Elector Saxoniae, Duces, & tota Domus Sax. privilegiata est, ut ab
eorum sententiis non appelletur.
- XI. Carolus V. Austriam ab omnibus Imperii oneribus immunem
declaravit, ut Imperium isti tutelam prestare debeat, verbo: in
favorabilibus est membrum Imperii, in odiosis non item.
- XII. Non est perpetuum, eos tantum esse Principes, qui non nisi Im-
peratorem pro superiore agnoscunt, aut per vexillum vel sce-
ptrum accipiunt feuda, aut provincias Principatus titulo insi-
gnitas possident: Sed ex sola persona Principalis dignitas inter-
dum dijudicanda.

XIII.

- XIII. Duces in insignibus utuntur pileo circumdato coronâ superiori parte apertâ; quo indicatur ipsos esse infra dignitatem Regiam, cum Reges clausas gerant.
- XIV. Duces Würtembergenses iugum subinfodationis Archiducum Austria non amplius agnoscunt, sed ad primam & immediatam formam sunt redacti.
- XV. Satis constat, dignitatem Comitum exinde originem habuisse, quod Imp. & Reges quibusdam, quos propius & familiarius adhibebant, id nomen honoris tribuerunt.
- XVI. Comites Oettingenses, Landgraviū quondam Alsatia facti, Fleckensteinius Vasallos agnoscere ceperunt, à matrimonio inter Conradum Comitem Oetting, cum Henrici Landgr. Alsatia filia iniro.
- XVII. Quamvis Comites & Barones pari jure in quibusdam censeantur (quod etiam accidit in Principibus & Comitibus) non tamen pares sunt in omnibus & per omnia.
- XVIII. Vocem semper, in semperfrey, non esse latinam, sed germanicam, haud ineptè defenditur.
- XIX. Nobiles immediati Imperii hodiè non sunt status.
- XX. Ex mutuo populorum consensu, & quâdam veluti tolerantia receptum est, ut qui nobilis est in una provincia, pro tali etiam habeatur in alia.
- XXI. Civitates Imperiales non saltem vocantur ad comitia ut Imperii Status, verum etiam in illis, æquè ut cæteri Status, sessionem atq; votum obtinent, nec Electorum vel cæterorum Principum votis vel necessario accedere, vel in iisdem acquiescere tenentur.
- XXII. Licèt Imperii civitates duriozem causam sustinere videantur, quod iis, ut aliis Statibus, non competant Austraga, nec pauca tamen vel ex privilegio vel longi temporis præscriptione singulares suos iudices habent.
- XXIII. Fœdus Hanseaticum jure subsistit.

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

KES-



KESSLERE Aonidum Themidos-
que venusta propago,
Noxia quid valeat vis vini, perde-
re mentem,
Et cædes inferre graves mortali-
bus, atque
Commissum grandi poenâ delere
vocatum,
Per spatiosa satis juris tu puncta
celebras.
Magna tibi debetur ob id laus ;
quisque cavere,
Te duce nunc discat tanto gaude-
re veneno,
Ast faciles præbere aures monito-
ribus hisce,
Queis sine difficilis non est de-
scensus averni.

*Doctissimo & Politissimo Dr. Respondenti,
de agonismate eleganti hisce gra-
tulatur*

Joh. Theodorus Schenck, M. D.
h. t. Acad. Rector.

En!

EN! morem Thraciæ scyphis pugnare referre
Justitiæ ad normam, mens Tua docta novit.
Tunc propinator strenuus, dum multa propinas
Docta? Themis fundet pocula fausta, bibe.

*In honorem Præximii atq; Literatissimi Dn. Respondentis
LL. Cultoris strenui, Auditoris sui indefessi, Amici
dilectissimi adponebat*

P R Æ S E S.

J. J.

*Virtute atq; eruditione Clarissimo, morum elegantia &
pietate Præstantissimo*

DN. KESSLERO,

Cathedram Juridicam conscendenti egregios profectus
gratulor & felicem successum adprecor!

IMmodici dum Jura doces, KESSLERE, Lyæi,
Nonne doces, quod sis quam-benè potus aquis
Palladiis? Grator Potum! Næ, Sacra frequentans
Pocula, Serta brevi murice tincta feres!

Sincerioris affectus testandi ergo scrib.

Adrianus Beier, D.

EGregium quantum tu Juris fonte bibisti,
Sat docto hoc monstras tmemate; fausta precor.

*Nobiliss. atq; Clariss. Dn. Resp. Fautori atq; Amico suo ho-
noratissimo, de felicissimo in Jure progressu grat.*

M. David Lipach/ Eccl. Jen. Diac.

Schrick die Jugend für: So steigt man nach den Sternen:
So kan man an das Zach der Wolken sich entfernen!

Wann man das Herz auff Weißheit lenckt/
Die uns mit Ehr und Gunst bescheneckt.

Diß ziehen wir auff Jhn/ da Er durch kluges Schreiben
Ein Laster strafft/ das heut fast alle Welt will treiben:

Fortan bleibe Jhm der Jugend Lohn/
Die stetsbeliebte Ehren-Krohn.

Sämptliche Tischgesellschafte.

Est

Est POTUS testis, malè quòd potaveris. Hæc si,
Sic potasse, parit, grator, & ajo; SALUS!

*Ita Amico suo optimo, & honoratissimo de POTU scri-
benti, scribebat*

M. Joh. Georgius Müller/ Dotensis Misnicus.

Quàm Tibi consuetum magnis urgere Culullis
Urgerique, docent, quæ doctis Pocula vulgas.
Prosit honor! prosint fructus, quos hæc Tua fundent!

Hæc Amico suo certissimo amorem infusat. gratul. contestatur

Daniel Fridericus Schade.

Das Trinken gilt kaum mehr bey ißzer nassen Welt:
Es muß gesoffen seyn bey Jungen und bey Alten/
So gar/ daß niemand was von Mäßigkeit wil halten/
Drüm tömets / daß mancher bald ins schwarze Grab hinsält.
Dich lob' ich süßer Freund/ daß du darauff bedacht/
Wie du/ aus deiner Schrifft/ den Mißbrauch hier wilt straffen.
Fahr fort / biß Ehemis dir wird einen Trunck verschaffen/
So dir/ zur Mühe Lohn/ wird kräftig zugebracht.
Seinem werthesten Hn. Landsmann/ Bettern und Tischge-
nossen fügte/ aus treuschuldigen Bemürhe/ dieses mit bey
Ludovicus Albertus Krafft. Ph. & SS. Th. St.

Potibus urgebat veterum queis candidus orbis;
Queis hodiernus ager: Sat benè, DOCTE, doces.

H. E. adponebat, Dn. suo conterraneo,

Cr. Guolf. Frid. Pfeffer/ Ph. & SS. Th. St.

Du Meider siehest scheel daß man die Schande wetzet/
Die deinem steren Soff forthin gewidmet ist.
Doch zürne nicht so sehr in dem du dieses list/
Wo von zu starkem Trunck gang Teutschland wird gepreiset/
Daß also deine Kunst viel tausend Meister wissen/
Und du/ nicht nur allein/ viel Mittgesellen hast.
Beschawe dieses Werck so einer hat verfaßt/
Der uff die Rechte sich mehr als solchen Soff bestissen.
Dieses wenige wolte seinem hochgeehrten Hn. Landsmann und
Stubengenosse / zu schuldigster Ehrbezeugung entwerfen
Johannes Georgius Hollius, Ph. & SS. Th. Stud.

F I N I S.

DO A 63 68

ULB Halle

3


004 107 217



Retro ✓

WVA







MAGNIFICO. JCTORUM. ORDINE. IN. ILLUSTR. HAC.
LL. NUTRICE. SALANA.

SUPFRAGANTE.

AC.

MODERANTE.

VIRO. MAGNIFICO. NOBILISSIMO. AMPLISSIMO. ATQUE.
CONSULTISSIMO.

DOMINO.

ERNESTO. FRIDERICO.
SCHROETERO. HÆREDITARIO. IN. VVICKER-
STÆDT. JCTO. AC. ANTECESSORE. FAMIGERATISSIMO.
CONSILIARIO. SAXONICO. CURIÆ. PROVINCIALIS. ET. SCA-
BINATUS. ASSESSORE. GRAVISSIMO.
EXERCITATIONEM. ACADEMICAM.

DE

IMMODERATA.
ADBIBENDI. CONSUETUDINE.

Vom übermäßigen Zutrincken.

*Ad ductum Recessuum Imperii, & Polit. præprimis
Reformationis 1577. tit. 8. rubr.*

Vom übermäßigen Trincken/ und vom Zutrincken.

PL. CIDÆ. ERUDITORUM. DISQUISITIONI SUBMITTIT.

JOHANNES. ELIAS. Resler. OETTINGA. RHETUS.

AUTOR. RESPONDENS.

IN. ACROATERIO JCTORUM.

H. L. Q. C.

AD MENSEM. DECEMBRIS. A. C. M. DC. LXIIX.

JENÆ. LITERIS. JOHANNIS. WERTHERI.

